

# DEDICATIO



Colossus iste (Excellentissime, ac  
Reverendissime Domine) Quoniam ma-  
ximi est ponderis, Sacris Tuæ gloriose  
famæ destinatur merito humeris. Hujus  
enim intuitu, non jam Rhodianum inter  
septem orbis computatum miracula, à Charete Lysip-  
pi discipulo, ære fustum, commendatum iri cupio, sed  
in Te ejus magnitudinem, non Lyppientilumine, po-  
tius quidem vivatori, oculi mentalis, acie, intentè conspi-  
ciens, neutiquam demirari cessabo. Jubeat namque Prin-  
ceps Nero, Magnus hujus Colossi Æmulator, alium majo-  
rem in candido delineare colosseum linteo, adhuc enim e-  
rit Tuo minor, nam circumspecta notio non fertur lubens  
in id quod est majus, sed quod melius. Illa enim Neronis,  
centum & viginti, se in altum erigebat statua cubitis, sed pi-  
eta, non autem animata, Tua verò ad vivum viva, ab hu-  
mero, & sursum, sicuti Saul in populo, gressescit in limpi-  
dissimo totius orbis contuitu. Colosseus enim ille, ejusque  
statua erat grandis, quia in artificiosa creverat staturâ, non  
autem in statu; Tu verò in Religioso, & Politico emines-  
celsius, nitésque decorosius. Nemo hæcenus ad staturam  
suam unum potuit addere cubitum, sed plures quàm unū  
in tuo cumulado meritorum aggere, dicendique acumine,  
& loquendi suavitate, fideli in sollicitando ardore, atque  
illustrando Regiæ Legationis caractere, addidisse prospici-  
unt universi. Verum omnes conveniunt in unum, quod  
Christus Dominus optabat in sollicitatrice Martha videli-  
cet

utique præ pluribus Electum  
am hanc dignitatem præ milli-  
æ magni Charetis defuit statua, atque  
Picturæ, fuit corona, non verò Tibi in-  
ter tot coronas versanti, nec non sedulo Agenti, atque Au-  
gustissimæ Domui, in pace, & bello solerter Famulanti,  
imò auream Pontifici Solsonæ, & denuo Leridæ ipsemet  
coronati Reges, loco Diadematis Tibi apposuerunt Infulam.  
Quo quidem ad veritatis lucem prospecto, liceat cunctis  
de Te dicere *Corona aurea super caput ejus expressa signo  
sanctitatis, gloriæ honoris, & opus fortitudinis. Eccl. c. 45.*  
ait: non super caput, sed *supra Mitram*, totum quippe  
verificatur: quia caput absque mitra, est solum caput, sed  
mitratum, non solum est caput quod comprehendit, &  
capit, sed & capit, quod & comprehendit: hinc fit, quod  
corona, & coronati è reflexo lucidius splendeant, nitidiusq;  
luceant. Loquatur Hispaniarum Corona, semper crebris  
jam pridem immerfa bellis, totq; antehac hostilibus ab  
Oriente, & Occidente pervexata disturbijs, pacem solum mo-  
derno videns tempore, quo te ferventi fidelitatis, erga Au-  
gustissimam Domum, Zelo, vigilantii providentiæ oculo,  
incomparabiliq; prudentiâ, Industriâ, atque consilio, in  
illam obtinendam fructuosè, & gloriosè, juxta Regia vota  
impendisti. Quid autem vult dicere *Expressa signo sancti-  
tatis*? Quia moneta, sicuti vera non est, quæ insignia aut  
Regis imaginem non præfert impressam, neque Aurifa-  
bri argenteum, aut aureum æstimatur poculum, cui deest  
Magistri sigillum, sique nec Regium Ministerium absque  
ingenuæ probitatis caractere, aut signo. Eoque in Te  
nobi-

nobiliori, quo Tantus Monarcha, Te Ejus fecit signiferum  
& in Te authoritatis Regiæ Sigillatim appressit sigillum. O  
titulum gloriosum! O munus planè plenè honorificum!  
Hæc enim est *gloria honoris*, & hic honos nostræ gloriæ  
est, nempe cum pro gloria, & DEI honore, atque Augu-  
stissimæ Domûs, necnon tui Regis, & Regnorum, haud in-  
glorio torpes otio, imò videris nulli alteri, & impensè, va-  
care studio. Hoc plane est quod in politica hujus magnæ  
proceritatis, vera, & viva imagine, ultra septimum, versatur  
Tua dignitas ad miraculum, nihilque ultra commen-  
dabilius. Verùm ubinam sunt illa verba *Opus fortitudinis?*  
Profectò in tuis nobilissimis, clariùs sole, apparet Insignijs:  
Ubi duo Divi Patriarchæ Francisci brachia Te ornant, &  
tuentur, addendo, & proprio tuo brachio virorem, & vires  
ut floreas, utque animi fortitudo nusquam marcescat, imò  
rediviva semper vernet speciositate. Id enim facile in Te  
inveniam, si gyrum tuæ integritatis mecum circumire lubeat  
um S. Bernard. lib. 10. *Consid. Bonus, inquit, circuitus est,*  
*si (Princeps, aut Regius Orator, seu quilibet vir insignis)*  
*justitia quarit, prudentia invenit, fortitudo vindicat, tem-*  
*perantia possidet, ut sit justitia in affectu, prudentia in in-*  
*tellectu, fortitudo in effectu, atque temperantia in usu;*  
Hoc quippe totum, atq; complura alia, cum me, & totum  
orbem, Magistra doceat Experientia, innaniter ne labore  
lingua, aut penna, profilire erit opus in altiora. Fortitudo  
namque animi in nulla re magis dignoscitur, quàm in qua-  
dam occulta vi alliaciendi, ad seque trahendi multa, & quo  
major fuerit vis, majora. Magnes enim lapis hæc videtur à  
natura ditatus vi, sed si parvus fuerit, non trahet ad se auri

talentum, Tu verò Coronas, & Tyaras scis attrahere in Tui æstimationem, nec non æternam commendationem, & laudem. Nonne istud opus fortitudinis est? Et vel maximè, cum tam maxima ad Te tam suaviter trahis. Verè meum firmat, & corroborat dictamen *Thucydes lib. 7. Fortissimos, inquit, esse oportet, qui fortissimos vicerunt.* Et fatest pro Te, & me dicere: *Attraxerunt.* Ne igitur videatur in me Assentatoris affectare munus, testes, adhibeo vivos, qui vitæ vocis oraculo, proprijs Pontificijs, ac Regijs contententur litteris.

Fideles copiz litterarum Sanctissimi Domini nostri Innocentij Papæ XII. ad Tuam Excellentiam datarum Romæ, ut Infra.

## INNOCENTIUS PP. XII.

**V**enerabilis Frater Salutem, & Apostolicam Benedictionem. Garvisi admodum summus, intelligentes ex litteris Fraternalitatis tua prima Julij datis, Te post absolutum Generale Capitulum, cui cum laude, præsuisi Sospitem, atque incolumen Madridum pervenisse, nec minori cum intima latitia sensu, ex iisdem litteris, gratas tibi ab Hispaniarum Rege prebitas aures fuisse; de pietate enim, consilio, ac prudentia tua adeo praeclarè sentimus, ut in publicum bonum cedere posse, ipsius Regis in propensionem, merito existimamus. Caterum studiosa tua erga nos voluntati in occasionibus, qua se offerent respondere non omitemus Venerabilis Frater, cui interim Apostolicam benedictionem per amenter impertimur. Datum Roma apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die prima Augusti MDCXCIV. Pontificatus nostri Anno Quarto.

Marius Spinula.

INNO-

## INNOCENTIUS Papa XII.

**V**enerabilis Frater Salutem, & Apostolicam Benedictionem. Gavisi admodum sumus, intelligentes à Dilecto Filio nostro Fabritio Cardinale Spada, Fraternitatem Tuam à Catholico Rege ad obeundum apud Casaream Majestatem sui Oratoris munus selectam fuisse; adeo cognitas enim, & perspectas habemus Pietatem, Zelum, Dexteritatem, Prudentiam, ceterasque virtutes, quibus abunde prae datus, ut in ipsis non modo Regis proventum, sed in Catholica Religionis, hujus Sanctae, Christianaeque Reipublicae lucrum redundaturum Ministerium tuum, omnino nobis polliceamur. Ut autem expectationi nostrae apprimè respondere valeas, Fraternitati Tuae Apostolicam Benedictionem effuso Paternae charitatis affectu impertimur. Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 7. Octobris MDCXCVI. Pontificatus Nostri Anno Sexto.

Marius Spinula.

## INNOCENTIUS PP. XII.

**V**enerabilis Frater Salutem, & Apostolicam Benedictionem. Excepimus per libenter dilectum Franciscum Caccia, Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de observantia nuncupatorum, Diffinitorem Generalem quem ad Urbem venientem Commendatitius ad nos litteris prosecuta es Fraternitas Tua, ex ijs enim Filialem imprimis, quam erga Sanctam hanc sedem, Nosque ipsos geris, observantiam deprehendimus, parati quoque erimus in alijs, quae se obtulerint occasionibus, benevolentiam nostram declarare.

clarare Fraternitati Tua, cui expeditam Benedictionem  
permanenter impertimur. Datum Roma apud Sanctam  
Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die 21. Septembr.  
MDCXCVII. Pontificatus Nostri septimo.

Copia litterarum ad S. Exll<sup>am</sup>. à Serenissimo Re-  
ge Poloniae transmissarum die, Menſe, & Anno ut infra.

**I**Ll.<sup>mo</sup>. e M.<sup>to</sup>. R.<sup>do</sup>. Sig. Colla lettera responsiva di sua M.<sup>ia</sup>.  
Catt.<sup>ca</sup> che VSill.<sup>ma</sup> ci ha inviata habiamo riceuuti ancor  
obligantissimi caratteri, ch'ella ci è pure compiaciuta man-  
darci nella sua. con espressioni ben degne del suo cordiale af-  
fetto verso di noi in congratulatione della nostra elezzione,  
e Coronatione. Le ne rendiamo con la presente nostra Re-  
gia Carta le pui viue grazie, assicurando VSill.<sup>ma</sup>. della no-  
stra piena corrispondenza, pari all'amore, ch'ella ci palesa  
& alla parte ben grande, ch'ella prende ne' nostri auueni-  
menti non meno, ch'alla stimma grandissima, che facciamo  
della clamat a sua Pietà, Dottrina, e consumata prudenza.  
Resta solo, ch'illa ci impetri dal Sig Iddio, colle sue grate, e  
ualeuole preghiere le grazie piu proportinate, & efficaci  
per corrispondere al grave obligo impostoci dalla Diuina  
Bontà, col chiamarci misericordiosamente dalle tenebre alla  
vera luce della S.<sup>ta</sup>. fede, e coll' imporci il peso di questa Coro-  
na, la quale per questo unico motivo habbiamo accettata,  
di propagare consudori, colle forze hereditarie, aggon-  
te a quelle del Regno, e colle spargimento del proprio san-  
gue, il culto della Christiana, e catt.<sup>ca</sup>. Religione, nel che  
proporrèmo à noi stessi l'essempio aplaudito da tutto il mon-  
do Catt.<sup>to</sup>, e benedetto dal Cielo de' Ser.<sup>mi</sup>. e Potent.<sup>mi</sup>. Rè

Catt-

Catt.<sup>co.</sup> e dell' Aug.<sup>ma.</sup> loro casa, ugualmente benemerita della Religione, e da essa contracambiata con tante Corone, e con tanto splendor di gloria. Ci raccomandiamo ella dunque a Dio, perche molto s' affidiamo nelle sante seu interposizioni appresso sua D<sup>na.</sup> Maesta, e nell' essercitio di cotesa sua Ambasceria, ch'ella sostiene con tanto credito, e Fede, s' accontenti di coltinare con la voce la nostra sincera amicitia con sua M<sup>ta.</sup> Ces<sup>a.</sup>, cui tanto dobbiamo, e colle sue lettere quella di sua M<sup>ta.</sup> Catt.<sup>ca.</sup> nella cui salute, è prosperita tanto s' interessiamo. Et in questo mentre l' auguriamo dal Cielo, ogni vera consolatione, e prosperità. Nella nostra Città, Castello

R. le. Warsavia 6. de Maggio 1698.

AUGUSTO.

Monf. Vescovo di Solsona.

**S**I tam alta in tui præconio (Excellentissime Domine) secundis volant pennis, & votis Coronata Capita, nil sublimius de te potest excogitari testimonium ipsis, tuoque, coæquans merito. Id ipsum palam faciunt (Excellentissime Domine) sacra claræ tuæ genesis Gentilitia: nam qua *Alonso* Originem è Seren. Castellæ Regibus, & *Leonis* ducis, idcirco *Castellum*, & *Leonem* in tuis circumfers Insignijs, quâ vero *Valeria* è commendatissima Romanorum Imperatorum progeniè, lorte clarescis, ut in *Aquila* quâ te meritò, & tuos insigniuit, manifestè apparet: in *Merchante* autem, quid Eximiæ planè pietatis elucet: Nam cum immanis quondam *Azotus Mauritanus*, *Valentiæ* tamen Rex, SS. Martyres de *Teruel* Sacri Ordinis S. *Fancisci Seraphici* in ignem præcipitare temerè jusset, tui nobilissimi, atque pientissimi Prædecessores prece, & prætio redemere, ne il-

li Sancti tam gravi afficerentur ignominia. Quid ergo dignius de clementi Tuorum Majorum pietate (si te Majores dixerō, quod non fatebor) ac benedicta stirpe? Quod utique de strenua eorundem erga tuendum suum Regem, Fidem, & Patriam animositate. Nam quidam ex tua progenie insignis Serranorum de Albarrazin Capitaneus, obfidente Rege Domino Jayme (dictus Conquistator) Civitatem Valentia à Mauritanis haud merito possessam, tanta irruit in hostes vi, ut janua veteres comminuerit, coactis Mauritanis, ut locum cederent, & ut Catholicus Miles, Serranus utique invictus triumphasset: in hujusque insignis reportatae Contra illam portam, & in ea, victoriae, usque in hodiernum diem illa Janua vocatur *Porta Serrana*. His demum, plerisque alijs preclaris in pace, & bello gloriose gestis, Tua (Excellentissime Domine) nobilitatur progenies, & aeternum decoratur Primogenitura, inter illustriores merito preconizata, speroque nusquam morituram ejus famam, si Tibi similes, seu saltem Imitatores huic tua dederit celsa luci profapia: Perenixe demum Vestram Excellentiam exorans, quatenus me, & hunc sub Sua potenti tutela habere dignetur Colossus, commendatum: vel ut melius dicam, veram prorsus meae nihilitatis imaginem, quia à me pictam, & e contra, maximae magnitudinis, quia Vestrae Excellentiae consecratam, Cui me demississime commendans permaneo

Vestrae Excellentiae

*Obsequentissimus Capellanus, & Clientus,*  
Didacus à Canvero Abbas in Emmaus,



amet? Quia planè erronea fertur voluntate, & non ingentia intentione. Est utique habere extralocatum cerebrum, nam sanum iudicium, sentit de rebus sicuti sunt in se, & non econtra, nam ex his duabus mulieribus propria est bona, & aliena mala, & iste maritus malam iudicat bonam, & bonam, malam: in propriam facit iustitiam, tanquam ream, & peccatricem habet pro sancta. Ipsummet Cælum idem nos docet, *Ap. c. 12.* ibi enim depingitur quædã mulier sole vestita, luminosis astris coronata, & ad ejus pedes luna: atende, quod in nitidissima luminarium republica, etiam inveniuntur variae hierarchiæ, & inter illas hierarchias, alia luminaria sunt magna, & alia minus corpulenta: itaq; sic invenitur inversus astrorum ordo, nam luna quæ nata fuit major, est ad pedes humiliata usque ad conculcationem. Fecit Deus duo luminaria magna, & stellas, quæ sunt parvæ, & minus quidè luminosa & has habet super caput ista mulier. Quid erit in causa? Dicam: nam luna licet sit magna, magnos etiam habet defectus, & suas vicissitudines patitur, crescit enim & decrescit, hodiè plenè, & cras non integrè, sed stellæ semper sunt in eadem splendoris luce. Ergo bene dispositum. Sed unde hoc, vel ubi hoc accidit? Videlicet in cælo, in alioque mundo, nã ibi, qui est magnus, & defectuosus, si agit sicut lanaticus, splendor, cõculcatur, faciendo è pedibus, pro cervice jugum, in ejusdem subjectionis signum; & stellæ etiam si sint minores, meliorem habent locum, & prææstimatione mulieres habent sessionè, super earum caput. Hæc enim est iustitia bene distributa, cum æquitas non attendit ad majores natu, sed ad meliores merito. Hoc quippè fit in cælo; sed aliter in isto mundo, qui enim melior est, despicitur, & sicut stultus, ut luna mutatur, plenus ignorantia notis, multiplicique vitiornm corruptus sorde, facillè exaltatur. Vano, & præsumptuoso, millenæ dicantur reverentiæ, & humiles corde, experiuntur quotidie crebras indignitates. Pro Divite, & potente, varij consecrantur cultus, & pauperculus in perpetuo versatur contemptu. Nobilis acutis reveretur, & civis, ac humilis, indignè tractatur. Quis oculos allicet expectantium magis primogenitus, aut orphanus? Ille. Quis omnium attentiones meretur prius pulchritudo, vel deformitas? Illa. Quis hominum majores applausus mulier uxorata, & dives, vel paupercula vidua? Illa. Quæ potius celebratur fæmina annosa, vel juvenis, & absque canis, aut ruga? Ista. O quàm parum intelligis! Hoc nempe est aspicere valde superficialiter cuncta. Ecce quod cani, & vidualis paupertas, orphanus & mendicus, sub illa miseriarum larva, solent spiritu frui beato,

*Ap. cap. 12.*

*In luminariũ  
caelestium re-  
publica, luna,  
est major,  
quam quali-  
bet stella, non  
tamen melior.*

in signa merito, talento ditissimo, & puram animam, solidam virtutem, carnemque mortificatam induere. Utique respondebis, sic enim credo, & sic puto; ergo cur pauper debet minus æstimari, si plus habet de meritis? nonne iniustitia est agere quod vis, & non quæ debes, & cum debuisses propendere ad id, quod est melius, in deterius inclinat inconsiderata voluntas, amando malum, tanquam si bonus fuisset, & bonum, tanquam si fuisset malus. E meliori enim terra, quia virginea, & sæcunda, erat Christus, quam Joannes Baptista, nam hic natus fuerat ex sterili, & maculata, & tamen judaica cæcitas, tenet in memoria Baptistam, & se reflectit super ejus merita, præterens Messia dignitatem ei conferre, & Christus ab illis æstimatur tam parum, & tanquam si non vixisset in mundo. Quid autem erit hoc? Quod paulò antea diximus, nepe quod iniquitas semper egit contra æquitatem, & Christum Dominum, qui melior est quam baptista putant indignum supremo Messia officio, & Joannem, qui est multò minor præponunt, putando magis idoneum. Ecce ista est prima iniustitia, quam contra Hebræismum obcæcatum, probavi.

*Colossus, quod sibi est charum, velle et alijs, et Superis, donum.*

N.2

**N**unc verò deveniam<sup>9</sup> ad aliã, hac, iniustitiã nõ minorem. Inquiro. Christus non dat visum cæcis? pedes claudis? Vitam defunctis? Non condonat misericorditer defectus miseris? Omnino. Quare ergo vos non donatis ipsi odium, quod contra illum habetis? Ideò, nam hi, & ijs similes volunt unam legem pro se, & alteram pro alijs tenere, Judæi volunt quod ipsis in cunctis parcat, & ipsorũ oculi, neque parcere Jesu Christo, sciunt. Venit Pater familias, & petijt rationẽ a suis Ministris, & unus ex ipsis debebat ei decem millia talentorum, quod idem est, ac nummorum, modo non sic fit Computus, nam hodie Nummi faciunt talenta, sed tunc erant quæ valebãt nummos, cum autẽ Creditor hanc petijisset summam, debitor ad pedes provolutus, petijt veniam pro demora, & patientiam. Fuit itaque ita liberalis Pater familias, quod confestim condonavit totam talentorum summam, penè autẽ posuit pedem extra Patris familias domum, & ipsi occurrit unus alius, qui illi centum debebat aureos, & in tantum illum molestavit, & adtrinxit tam fortiter, quod cum tanto iterato petere, & impetere volebat ipsum suffocare, quod idem est, ac occidere, *Suffocabat eum*, Ille autem pauper debitor addendo reverentias, & ei bona dando verba, dixit illi, amice ignoscatis, & modicum de patientia habeto, nam promitto quam primũ, solvere. Quomodo solvere, vobis dixit alter, *Vivit Dominus Deus cæli*.

## Organiza...

Cæli, & terræ, quod debetis illicò solvere, vel venire confestim ad carcerem. Dictum, factum. Modò considerandum est, quod iste creditor idem est, ac ille cui Paterfamilias non pridem decem millia talentorum donaverat. O bone Deus! quam fragilis est memoria. Nam cum Paterfamilias fuerit ipsi compassus, ille egit contra suum proximum sicut tortor: cur ergo crudelis, non ei parcis, si Paterfamilias te instruxit? Scio enim quare, quia Dominus Deus præcipit, ut condonemus debita debitoribus, non pecuniarum, sed injuriarum, sed si Paterfamilias tibi condonavit hoc totum, quare tu non illum imitaris totum condonando? Respondet tibi, fore verum, quod ipse debitor sit proximus, & socius, sed melior societas est nummorum, & proximior pecunia, quam proximus. Ecce quod ille est tuus amicus. Quid hoc ad me? sed major amicus peculium. Ecce quod tibi fuit favorabilis lex fortunæ, & fictæ reverentia, & pro alio nullâ venia? Nullo modo. Quare? Quia volo unam legem pro me, & alteram pro alijs. Ecce tu notas si tua vicina se ornat nimis prætiôsè, si multum vagatur extra domum, si benè, & rectè ponit pedem, si distrahitur, si aspicit hilari oculo, si expendelizat multum, itaque nec jotam, neque apicem relinquit, in illa, quod non notes, & fortè istamet, majores tibi hæcenus condonavit defectus, & dissimulavit lapsus, & relapsus multos. Sicut & alius notat, quod ejus sponsa in modestè circumspicit, & quod libenter loquitur, & quod ad interrogata responderet præ curiositate libentius; & nescis ei unicum condonare verbum, neque opus; illa econtrâ vis, ut tibi parcat totum illud, quod dissipas, quantum illam deturpas, & quod sis otiosus, & vagus. Estne hoc justum? nullo modo, quia est unam legem velle pro se, & pro alio, alteram. Idem solet contingere in spiritualibus, Dominus utique Deus quotidie tibi parcit tuos defectus, contra ejus Majestatem, & ejus præcepta commissos, & tu nescis condonare Deo miseras, quas experiris, neque crucem, quam tibi imponit, seu infirmitatis, aut alterius tribulationis, bene & satis à te emerita, imò semper quarulus contra suam blasphemias providentiam æstimando injustitiam, quantum in te divina operantur flagella, sicut isti stulti judæi, quos à varijs sanabat morbis, & loco gratitudinis prætendebant auferre ab illo Messia dignitatem, & Baptistam eidem præferre in cunctis. Estne justitia ista? Nullo modo. Ergo addisce,

*Colossus in messem alienam nescit mutere falcem.*

**E**x ista sequitur tertia & vera contra æquitatem injuria; qualis fuit? Dicâ. Non-


*Si S. Paulus  
aliam legem  
in ejus mem-  
bris, quid di-  
cemus de im-  
probis, & de  
ijs, qui agunt  
contra legem  
Dei.*

*Perversum  
videtur regi-  
men, ubi unus  
solus omnia  
vendicat sibi  
officia, alijs,  
relinquens  
nullum.*

*S. Joan. c. 5.*

... *Joannes* vox erat, & ille dixerat: *Ego vox clamantis in deser-  
to?* Nonne Propheta? Verè, & plus quam Propheta. Nonne Ange-  
lus vita, & moribus? Absdubio, nam Christus dixit *Ecce mitto Angelum  
meum.* Nunquid dictus Baptista, quia Baptizabat? Eriam. Nonne Præ-  
cursor? Quis ambigat? Et denuò illum eligere volunt Messiam, ut ex  
hac clarè constat relatione: itaque Baptistæ totum, & nihil Christo. Hæc  
autem injustitia est notoria. Videlicet uni dare alas, & pennas, & al-  
teri nec pennas, neque alas; in unum omnes convenire affectus, & in  
alio nullum amoris signum; uni præbere aures, & sanis aspicere oculis,  
& alios neque videre, neque audire vultis? Omnia illi officia absque  
reformatione, & alios quasi reformatos habere milites? Nonne hæc po-  
litica est cœli? Nullo modo. *S. Cyrillus* ait: quod Angelus movens a-  
quas, in illa Evangelica piscina, semper erat alius, quia cum essent diver-  
si morbi, & morbidi, qui movebat aquam pro hac sananda ægritudine,  
non alios præsumebat curare potientes: & quare non semper unus, & idem?  
Videlicet quia erat regimen cœleste, & in illo, etiamsi Ministri essent An-  
geli, non expediebat, ut unus curâset totum, ne videretur alios superfluos  
fore spiritus, ut autem hoc neque præsumatur, neque dicatur, unus cu-  
ret unam infirmitatem, & alter alteram curet, unus se exercent, & ceteri  
non orientur, nam si sunt digni sanandi officio, quare unus isto uti debet  
privilegio, & alij aspicere, & nihil in proximi se occupare beneficium? Hoc  
etiam vidimus in illo Capitaneo Evangelico, qui sub se milites habebat,  
nam non uni soli, jubebat ire, & venire, & facere, ne videretur *Fac totum,*  
sed inter diversos distribuebat munia, ne unus solus prompta militaris  
obedientiæ frueretur gratia. Istud planè gubernium est cœleste: sed  
istorum Judæorum, & illos sequentium, videtur non conformari, imò  
valde deviare à ratione. Unus vellet mandare super omnes, & omnia,  
& quod non moveretur regiminis aqua, nisi ipse posuisset manum, & ali-  
quando usque ad cubitum ejus providentia. Idiota enim vellet esse in  
omnibus versatus præ multis, Hypocrita haberi pro Sancto, & vir robu-  
stus pro delicato, incedens in mulieris habitu, & scœmina haberi pro viro,  
discipulus pro Magistro, & subditus pro Prælato; nonne hoc erit invertere  
gubernium, & politicum statum, nam est, idem ac velle, quod pedes sint  
sursum, & deorsum caput, quodq; caput ambulet, & pedes gubernent.  
Pro tanto enim malo, & delirante studio, non erit remedium? Omnino.  
Quomodo? Sic. Unusquisque enim maneat in suo munere, & officio, &

...  
e-  
m  
e-  
ex  
ec  
l-  
in  
s,  
ue  
o-  
a-  
r-  
e,  
n?  
o-  
os  
i-  
ri  
et  
c  
t,  
s  
d  
o  
r-  
n  
e  
t  
.  
.  
r  
t



tus Dei Clementia ostenderetur magis non properando. Cur ergo Angeli festinant tantum, ut civitas incendatur, si cum isto rigore, non debeat præsumi Dei loqui decretum? Ecce quod Angeli sunt benevoli, & hominū amantes, sed cum essent justitiæ ministri, etiam si sint Angeli, sunt in apparientia hōines sicq; aliquid debent facere ex officio, & ex capite proprio, ut videat Patronus, quod ejus decretū ferventer, & festinè fuit executum, & diligenter operè impletum. O quot istos imitantur Judæos, qui vel plus, vel minus excedunt in suis commissiōibus! Unicuique enim Dominus Deus, sufficiens partitur talentum ad judicandum de bono, & malo, præcipueque ejus Ministris, si agitur malè, vel bene in mundo, propterea dixit S. Joannis discipulis, *Ite & nunciate Joanni, quæ audistis.* Oculi namque sunt visibilibus judices, & vocis humanæ aures, idcirco dicit Christus neque dicatis plus, neque minus, neque mea addatis, neque minuatis verba, scio enim hominum conditionem, nam ex formica, faciunt Elephantem, & ex levi defectu, gravissimum delictum, ex unicoq; peccato, centum, & ex minimo lapsu, casus plurimos. *Chrysost. in Catena* ait sic: *Hec est enim mentis bonitas, ut nihil ex se referat.* Idcirco Arch-Angelus Gabriel Zachariæ apparens, & conceptum annuntians S. Joannis dixit Parenti anoso. *Missus sum hæc tibi Evangelizare.* Tu, inquit, Zacharia tantisper es incredulus, sed crede mihi, quod tibi annuntio vera, & tam vera, quod sunt Evangelia, quæ tibi annuntio, ut sis de illis, & me securus. *Luceat mecum dubitare, cur Angelus dixit, Nuntius sum, missus, & minister sum, & credas mihi quod hæc determinate, & non alia, ut tibi dicam habeam in mandatis? Quid est hoc? Eget ne angelus dare satisfactionem, cum non possit mentiri? Non. Nam est in gloria, & sanctus, & neque in illa, neque in sanctis, invenitur nisi veritas, & sinceritas. Cur ergo dicit Zachariæ, quod illa, & non alia verba dicenda è Superis habeat? Ideo planè quia Angelus apparuit in hominis figura, & forma, & fuit idè ac dicere, nec intelligas, neq; credas, quod etiã si appareat hō in specie, sum etiã talis in lingua, aut in modo loquēdi, nã illi solèt varia nuntiare, ab ijs quæ audiunt, & si ex proprio capite, non addunt aliquid, ipsis videtur manere male, vel egisse timide in sua commissiōe. Ego vero ad dicendum tibi venio, quæ audiavi, & neq; unicum verbum addo, neque minus, sicut isti Judæi contra Christum D. injustè iteratis injustitijs agentes: prima quia voluerunt à Christo auferre officium Messiæ, & Joannem, quia erat eorum Patriota*

*Qui in suo  
excedunt mu-  
nere, raro con-  
tra se non ha-  
bent omnes,  
quia abutuntur,  
tradita  
à Principe  
potestate.*

*S. Matth. c. 11*

S. Luce c. 1.

promovere, secunda volebant ponere unam legem pro se, & pro Christo aliam, nam Christus condonavit illis, & vitam, & prava opera, & cum Christus nullum habuisset defectum, eundem prosequerentur odio. Tertia, in eo quod pro Joanne omnia prætendebant officia, & pro Christo nullum, cum Christus Dominus esset ad omnia aptus, & natus, & Joannes in illius comparatione, pro nullo, *Non sum*. Quarta & ultima, quia in sua commissione addiderunt verba, quæ ipsis non fuerunt demandata. *Quare ergo tu Baptizas?* Nam boni ministri non debent excedere ultra id, quod jubet Patronus, nisi velint in disgratiam venire Plebis, ob jussa violata supremi, aut eorum Principalis.

*Colossus non intronmittit se, ubi non vocatur.*

N. 6.

S. Joann. c. 20.

Quod primum in manu Thomæ, reflexione dignum adverto, & quod valde miror est, quod videns manum à Christo quæsitam, *Affer manum tuam*, adhuc expectasset Majestatis Imperium, ut introduceretur in apertum latus. Putabam ego, & merito, quod minimo facto à Christo signo, manus Thomæ essent paratæ, & confidenter ad felicem lateris contactum promptæ; & non fuit ita, imò ultra expectationem accessus, speravit, ut juberetur intronmittere in latus; tota felicitas Thomæ, in hac fundabatur gratia, *Nisi mittam manum meam in latus ejus non credam*. Si ergo tota fortuna, consistit in hoc favore, quomodo differt Thomas, usquedum jubeatur, extendere manum? Quia favor, lateris Domini erat, & voluit Thomas demonstrare, quod latus Monarchæ non debet esse spolium confidentiæ alienæ, sed benevolentia electionis propriæ, Princeps non debet ad suam admittere gratiam volenti, sed illum, quem ille velit. Aliæ gratiæ possunt permitti intrusis, sed gratia lateris, vel alicujus intimatis, melius est relinquere pro vocatis, vel ut melius dicam pro electis. Omnes enim vocat homines Deus ad supremam gloriam præfecturam, sed non omnibus concedit præfecturam supremam, etiam si largiatur gloriam. Vocat utique multos, sed eligit paucos. Eodem ergo modo ac proceditur in divina gratiæ dispensatione, debet in humano fieri regimine, interest vocatio, & intervenit electio, debentque vocari multi, sed debent eligi pauci, & hi pauci, debent esse intimiores Principi, & ratio hujus est, quia bona opinio, est potior Regiæ vitæ pars, & opinio Regum, nam hæc per acta deprehenditur Ministri intimioris. Prout enim sunt latera, æstimatur capitis proceritas. Idcirco oportet, ut Principes sibi magna cum reflexione eligant latera. Baiulans Crucem, ibat in Calvariam

*Latera Principis bona dicuntur, si laudabiliter gubernari tenent scilicet.*



S. Luca c. 18.

riam Christus, & ait textus, duos fore latrones, viæ comites; *Ducebantur & alij duo nequam cum eo.* Verum mysteriosus terminus iste: & alij. *Ducebant duos malefactores cum eo,* transeat; sed *& alij duo cum illo?* Ergo Christus etiam erat malefactor? Nullo modo. Sed habebat ad utrumque latus malefactorem unum, & fat fuit fore latera mala, ut Christus malefactor putaretur. Tantum quippè capiti oportet brachia, vel latera propè se non permitti infirma. Sit Princeps ipsamet Innocentia, si ei servierit collateralis malitia, malitia reputabitur ipsamet Principis Innocentia. In alijs hominibus periclitatur-reputatio, vitio deturpata proprio, in Principe verò aliena vitia, opinionem commaculant puram. Quando enim sol eclipfatur, non est defectus solis, sed interpositio lunaris, & tamen non vocatur eclipfis lunæ, sed solis, æstimaturque defectus proprius, alieni splendoris excessus. Quare? Quia ista est Crux planetæ Regis, nempe, quod omnes eclipfism solis putent, & non sit in causa, nisi densa lunæ umbra. Sciatur, namq; famã Principis non inniti gloriose, & securè tantum meritis proprijs, quantum in ipsius intimorum actis. Cum enim Majestates in interiora se recipiunt aulæ, reverentialis cultus æstimat illas cum Soberania. Si ejus intimi fuerint modesti, & discreti, dissimulant defectus, ita, ut aliquando videantur lucidi actus: Verum si depravati, & parum circumspecti, per illos tanquam per apertas rimas, præcipitatur curiositas, ad penetrandum qualitates Principis, & per laterum malignitatem, conjecturatur in capite minùs de bonitate, quam debuisset. Thomas verò, ut ad Christi accederet latus, expectat vocari, & ultra hoc insuper eligi, ut in largitate manuum, animadvertant Principes, cui, & quando debent ad laterale admittere regiminis contubernium.

*Colossus optimum scit agere Principem.*

N. 7.

**P**ostquam Thomæ manus expectavit Christi imperium, jussit ei, ut manus intrasset in latus, sed non præcepit videri, iraque ei permissus fuit vulneris contactus, non autem fuit prospectus: *Affer manum tuam, & mitte in latus meum.* Quando egit de manuum vulneribus, dixit, ut aspiceret: *Vide manus meas.* Cur ergo non concessit, ut videret latus? Quia hæc est inter manuum, & lateris visioem differentia, manus enim sunt indices liberalitatis, sicque meritò possunt ab omnibus videri cordis, aut regiminis secreta. Magnitudo enim fluvij, noscitur in aquarum profunditate: suasq; pariter profunditates debet habere Princeps, Ut autem pro magno habeatur in fluxu, & refluxu negotiorum, Opus erit

*Princeps in  
revelandis  
arcanis par-  
cus, habet in  
timore suspe-  
ctos, & plus  
ipsius inimi-  
cos occultos,  
sen declara-  
tos.*

naturæ imitari cursum, quæ nobis revelat pulchritudines, sed non manifestat quomodo, aut qualiter delineavit speciositates. Quando enim Isaias vidit Deum in Throno, ait quod duo seraphim caput tegebant alis, Principis caput, & pedes, ad ostendendum, Reges ita cautè agere teneri, in regiminis guberno, quod neque passus debeant intellegere ministri, neque decreta penetrari à Vasallis. Divinitati quippè tanquam Consiliorum Præsidi, erexit altaria Roma, sed infra terram, in hoc significando, quantum occulta regiminis debeant abscondi ab aliorum oculis. In cunctis debet esse liberalis Princeps, sed in revelando arcanorum puncto, omnibus parcior. Optimè hanc edocuit Christus Politicam, è Crucis cathedra, in illo cruento lanceæ ictu, quo sanguis è latere confestim manavit: putant perierique Christum Ecclesiæ dispensasse sacramenta, & est notatu dignum, quod expectasset lanceæ aperturam ad conferendam nobis sacramentorum gratiam, cum Ecclesia nullum majus habeat Thesaurum. Cur non dat gratis gratiam, si quidem per gratiam, gratis dat? Cur placet expectare ut lanceæ violentia pectus aperiatur, & non proprio confert motu? Quoniam sacramentum, idem est, ac sacrum secretum, & Christus erat proclamatus Rex, & voluit instruere mundum, quod æstimabat in tantum servare secretum, quod velle, ut expectoraretur per sacramenta collata, erat idem, ac si cor, & pectus ipsi Lancea transfigerentur. Tanta cum difficultate sua Princeps debet aperire cordis arcana, ut sit idem ei, alijs aperire secreta, ac si aperuissent ei lancea, regiminis venas. In Imperijs non sunt aliæ Monarchiæ columnæ, quam respectus, vel reverentialis cultus, vita verò respectus, est bona opinio, & anima opinionis, secretum est, si istud deest, minuitur opinio, & hac ruente respectus villipenditur. Si enim ista abest, quid erit ornatio purpura, nisi quædam ignominia alius collocata? In tantum in Principibus debet æstimari secretum, quod semel participatum, vel est apertum, vel ruptum, nam secreta sunt sicut minæ, in quibus, rimæ, vel ora, sunt quasi fenestræ, per quas evaporato igne, nullus effectus impetuosi sequitur pulveris. Ut arcanum maneat secretum, non debet participari, quia nullum secretum communicatum, solet manere in secreto.

*Colossus optimè sit celare, celanda.*

N.8.

**I**nterrogatus de sua doctrina Christus respondit sic: *Ego palam locutus sum mundo, & in occulto locutus sum nihil.* Hæc est summa veritas. Sed  
N.9. *liceat*

liceat mihi parum illam examinare ad addiscendum, Quomodo *S. Matth. cap. 20.* Ait, Christum tres sibi assumpsisse discipulos secreto, & quasi sub sigillo eis de excessu mortis revelasse arcanum? Quare modo ait, nihil dixisse in secreto? Est verum Christum multa dixisse in secreto, sed in occulto nihil, quia servatur tam male secretum in mundo, quod sit idem, ac si nō, no loqueretur in publico, commendare secretum, quod communicatum maneat in secreto. In materia secreti, non est differentia inter interdicerē, & dicere: totum quod est dicere, est vulgare, sicuti est vulgare, totum referre. Non est in corde humano patientia ad silendum, aut dicent homines, quod eis communicarunt aliquod secretum, vel secretum communicatū dicere. Aliquot fortē secretarij referunt in secreto, quod sciunt, & fideiōres, licet non referant arcanum, quod sciunt, dicunt saltim, quod aliquid sciant in secreto. Hæc enim fuit major *S. Pauli* prærogativa, *Au. S. Paul. 2. divi arcana verba, quæ non licet homini loqui.* & ista major *Isaiæ* excellētia: *Secretum meum mihi.* Uterque celabat arcana ipsis nota, sed neuter potuit non dicere, quod aliquot secreta sciebant. Non est secretum securum, neque apud *Cornelium* tacitum. Non dixi bene. Non est arcanum securum, quia adhuc magis occultum, transijt faciliē de corde ad labium. Penetratur animus, sicuti cartam bibulam solet penetrare saliva, & solent terga papyri, lineas ad legendum ostendere magis intimiores; *In corde hu-* *mano non est* *patientia ad* *silendum, ideo* *pergrinum servavit silentium Absolon in vindicta optata contra Amon ob injuriam ejus forori Thamar factam; Audiamus pro coronide hujus discursus, sapientis testimonium. Gloria Dei est celare verbum. Proverb. 25. n. 2. Animadvertite rogo. Ego credebam, sat fore pro gloria Dei sapientem intelligere Deum sic omnipotentem, ut ex nihilo creaverit mundum, vel ita immensum, quod totus mundus satis non erat, ad suam comprehendendam magnitudinem, sed quod secretum in silentio absconditum sit gloria Dei? Omnino. Et dicam quare, quia utique in Deo sunt tres personæ, & non est secretum in Deo, quod omnes tres personæ non sciant: & quod sit in silentio, vel secreto, secretum, quod sciunt, tres personæ, & quod possint tres personæ secreti servare secretum, singularis planè gloria Dei, tam difficilè quod scitur, siletur, quod scire, & silere adhuc in divinis personis, sit quid singulare, & gloriosum. *Gloria Dei celare verbum: Proverb. 25. n. 2.* Ecce! quomodo poterunt Principes humanis fidere secreta personis? Etsi ob hanc causam, vel levitatis, vel facilitatis patitur Rex, attenta levitate cordis humani, cautè expedit in revelandis secretis*

curam gerere; si hoc in communi debet caveri, quid non in rebus intimis, & visceribus regiminis? Quid non in conseruatione statuum, inque quiete regnorum? Quid in militari gubernio, è quo dependet vel gloria Sceptri, vel ruina orbis politici? In his dicat Rex gloriae, quomodo se gerere debent Magnetes, & Monarchæ.

*Colossus non omnibus propria reuollat arcana.*

N. 9.  
S. Matth. c. 24  
v. 26.

*Optimum de-  
bebat milita-  
re dici guber-  
nium, in quo  
prius incipit  
conflictus,  
quam sciat de  
hora aduer-  
sarius.*

S. Matth. c. 24.  
n. 36.

**A**lloquitur Christus de die ultimo Iudicij, & ait sic: *De die autem illa nemo scit, neque filius, nisi solus Pater.* S. Matth. cap. 24. v. 26. Variæ sunt hujus textus expositiones, unanimiter tamen omnes fatentur Catholici authores, quod Christus in quantum Deus, bene sciat de illa die. Sed S. Athanasius cum alijs apud Cornelium à Lapide sentit, quod Christus in quantum homo de illa die non sciat. Sed quomodo hoc erit? Estne possibile quod Pater celet à filio illum diem? O quam cautè agit parens! Christus, in quantum homo, omnibus diebus noscit futura, & eventus, si ergo Pater, quid sit usque ad finem mundi resolutum, reuelauit Christo, quare illum ultimum diem ab eo abscondit in tantum? Veram rationem solus Deus scit, ego solum scio, quod cæteri dies, sunt dies, in quibus Deus afficit politico universi gubernio, in die verò Iudicij finalis, erit generalis conflictus; in quo igne, gladio, & sanguine mundus abiu- metur, sciat ergo Christus omnia quæ spectant ad statum, sed de hora, aut die, in qua sequi debet illa cruenta pugna, debet esse in tanto secreto, quod neque Christus debet scire, quid in consilio supremo belli, vel quantum ad diem, sit conclusum, nam hæc notitia, solum spectat ad Generalissimum Deum Patrem, & non ad alium inferiorem. *Nemo scit nisi Pater.* Sicque felicitas secuturi conflictus, plus pendet ex mysterio, quam militari præsentia, aut strepitu, major enim præuentio nota est curarum se- vamen, & minor ignota, ædauget metum. Parvus fluvius timetur si vada in eo non reperitur, & magnus si potuerit transvadari non timetur. Tempestas eo periculosior, quo magis repentina, sed si nubes coruscant, naves naufragari non formidant, quia signo præuenti nautæ coruscationis, in portum se recipiunt absque discrimine. Nunquam Saul Davidem capere potuit, quia semper David antea intentiones Saulis rescivit. Securitas victoriæ nõ consistit in exponendo animosè pectus hosti, imò in eo, quod pectus celer, consistit ut ab illo se liberet, & de eo triumphet. In conflictu, detecto comparere pectore, semper fuit periculosus, & occultare securius. Superabat Germanicus (ut ait Tacitus) facilè inimicorum

campum, sed prius abrumpebat campi arcana. Contra culpam posuit Deus in campo gratiam. Sed quomodo divina pugnat gratia? Tam bene armata, ut septem Sacramenta instruxerit pro armis, in illam armata irrumpens manu. Et cum in materia secreti sit opus tanta uti cautela, Idcirco neque Thomas manum absque Christi Imperio, in apertum ejus latus audeat intrmittere, neque Christus etiam si ei concedat manus contactum, non tamen oculorum intuitum. *Affer manum, & mitte in latus meum.*

*Colossus S. Thomæ Apostolo valde est devotus.*

N. 10.

**I**Ntravit manum S. Thomæ in Christi latus, sed non introivit, ad occludendum, sic apertum, ut invenerat, reliquit. Putarem, quod si à Domino petisset occludere, illud facile obrinuisset, quia qui reliquerat apertum, contra corporis gloriosi privilegia, etiam obserasset illud, si Apostolus petisset. Sed cur non petijt? Cur non rogavit, ne alijs pateret? Cur non sibi soli hunc prætendit favorem? Hæc planè est una ex majoribus S. Thomæ excellentijs, quod sit tam generosæ conditionis minister, ut nolit esse singularis in conspectu Principis. Elegit Christus Petrum, Ecclesiæ Primatem, celsam Pontificatus ei consignans sedem & statim ait textus: *Et conversus Petrus vidit illum discipulum, quem diligebat JESUS.* Et Petrus interrogavit Christum. *Hic autem quid?* Mira videtur hæc interrogatio: omnes alij discipuli veniebant sequendo Christum, & tamen de istis non interrogavit: *Hic autem quid?* Præterea, quomodo nunquam fuit memor Petrus hujus interrogationis nisi modo? Unde ergo nunc talis Joannis cura? Non quia cura erat Petro circa Joannem, sed quia Joannes novas ex nunc addebat curas Petro. Exinde videlicet, quia Joannes jam pridem erat dilectus, & intimus Christi, & cum se vidisset Petrus electum Christi vicarium, & primum ministrum, videtur nolle Petrum, habere Joannem comministrum primum, aut magis dilectum. An advertite interrogationem, *Domine, hic autem quid?* Qui interrogat quid Joannes erit, videtur non amare ut maneat, sicuti antea erat: Nam sciscitari à Principe, quid erit, vel fiet de antiquo ministro, & primo, non est ejus satagere augmentum, sed potius sollicitari de aliqua mutatione status. Ipsemet Evangelista sic intellexit, nam hanc relaturus Petri interrogationem, numerat aliquot circumstantias Joannis, quæ palam curas faciunt Petro. Primò, *Conversus Petrus vidit illum discipulum, quem diligebat JESUS.* Secundò, *Qui recubuit supra pectus Domini.* Illicò sequi-

S. Joan. c. 21  
n. 20.

Cum sancta emulacione libenter habuisset S. Petrus quod habebat S. Joannes. Quid ergo dicendum de Principum aulis?

sequitur: *Hunc ergo cum vidisset Petrus dixit: hic autem quid?* Insinuans de Joanne, quod ob magnam intimitatem, quam animadverterat Petrus in Joanne, orta fuit illa nova cura in Petro, sollicitans scire, quid debebat fieri de ejus dilecto, quasi, qui in alio videre optabat statu. Quam commune est hoc in Principum aulis! non est ascensus pro Petro, qui non sit pro Paulo aut, pro aliquo planè Joanne descensus: super ruinatos cineres, turres extruuntur convenientiæ propriæ; In illa enim Nabucodonosoris somniata statua, ut assurgeret in montem petra, in cineres redegit statuam, ut celsitudinem statuæ, cœquare posset humilitas petræ, si enim sic non fuisset factum, vel non debebat fieri mons, perseverante statua, vel statua debebat minorari, ut posset in montem assurgere petra. Verùm non poterat brutescens contentari lapis factus montana, & quod hoc fieret absque aureæ statuæ præcipitatione? Terribilis crescendi stylus! Principes enim comparantur Soli, & Soli concessa stella, intuitu convenientiæ propriæ, radios præteudit denigrare, aut deturbare Solis? O invidum astrum! Si Mars est animosus, permittas prudentem lucere Saturnum; Si illustris Jupiter, permittas, ut sapiens resplendeat Mercurius, non enim deerunt Luces pro Jove, etiam si Mercurius fulgeat literatus. Plus aliud astrum formidas? Plus aliam times fortunæ stellam? Exigua planè est tui pompa, nam lux, quæ eget, ut ad lucendum omnia sint in tenebris, non adeò videtur lux magna. Tàm procul fuit Thomas ab ambitiosa, se singularizandi, præensione, adhuc à Christo electus, ut potius generosè exinteresatus, illamet manu, quâ per latus Prælati in gratia Christi fuit introductus, multos introduxerit alios, animarum cætus, ut hac thesauri fruerentur gratia: cunctis dispensando, medio Baptismo, fidè, quam ex illo divino latere hauserat. Magnum planè exemplū pro, erga Principes, albicantibus, ut sibi solis non retineant favores, sed & alios gratiarum faciant participes. Fateor, non posse negare montibus, citius quàm vallibus, propitios experiri soles, sed inter has inæqualitates debent montes contentari, manendo montes, nolentes elevari, ut fiant nubes. Profecto montes, sic concipiunt lucē, & ornantur splendore, ut valles ab eis reverberentur liberaliter simul coruscantibus. Fruantur utique proximius, intimè Regijs cumulati fulgoribus, non verò sint nubes, quæ pulchrescentes obnubilent Solis splendore, ejus gratiæ luces. Sint instar Thomæ, qui non solum sibi gratiam Christiferi reservabat lateris, sed

in tam fortunata apertura, ipsemet sua omnes prædicatione, gratia inhabitabat, id est intuitu gloriæ Christi.

*Colossus in cunctis optimam habet electionem.*

N. 11.

JAm vidimus, cur manus Thomæ, ut in latus Christi, expectaverit imperia Salvatoris, *Affer, mitte*. Nunc verò perscrutemur, cur ea non expectaverit ad deponendam manum? Cur manus non pariter se gessit intrando, ac exeundo? Cur tam lentè in introitu, & festinè in exitu? Ad miranda plenè hujus sanctæ manus doctrina. In Christo enim duæ sunt naturæ, videlicet divina, & humana, erat Deus, & erat homo. In latere ergo Christi assurebat ejus gratiâ, quâ homo erat, sed non fruebatur gratia Christi, qua Deus; Fruebatur gratia qua homo, quia inter homines nulla est major, quàm latus concedere: non gratia Christi, in quantum erat Deus, usquedum à se excuteret infidelitatis jugum. Introductio manûs in Christi latus, erat infidelitatis indicium. *Nisi mittam manum meam*: fides petebat, ut desereret Christi latus, & se ostenderet Christo gratum. Cum autem vidisset se Thomas in gratia Christi, qua homo erat, ut lucraretur Christi gratiam, qua Deus erat associavit, se ut gratiam habuisset ampliorem, qua homo erat Christus. Sic æstimabat Apostolus gratiam Dei, instruens nos, ut sic gratiam Dei æstimemus nã ut in plurimum in perpetuo sunt bello, gratia Dei & hominû gratia, & fermè semper manet superata gratia Dei. Nescio cur gratiæ Dei, hæc contingat disgratiæ? Etenim Dei gratia habet ratiões, ob quas debeat magis esse æstimata, hominû gratia plures, ob quas non meretur fore concupita. Referamus aliquot, ut videatur bona electio Thomæ, & nostra appareat absque rationis ratione.

*Colossus super omnia æstimat Gratiam Dei.*

N. 12.

PRimo gratia Dei facile adipiscitur, nam volenti datur, & merenti nusquam non conceditur. Sed gratia hominis consequitur difficile, quia datur, cui Regi placuerit: & etiam si plurimum laboretis pro adeptione, solum dispensatur juxta Regis voluntatem. Serviatis veluti Germanicus, sedate tumultus, hostiles rumpite exercitus, purpureos renuntiate ornatus, tamen non eritis in gratia Tiberij primus, quia non placet talis ascensus Tiberio. Merita vestra in manu sunt vestra, sed gratia Tiberij est, vel ut melius dicam, in alia manu. Bene, si vultis servire Principi, potestis, sed non eritis primus in gratia, sed secundum, vel ultimum habebitis locum, quia sic placet gratiæ dispensatori. Secundo, gratia Dei est facile assequibilis, & amissibilis difficile. Sed gratia hominis tam difficilis est ad assequendum, sicuti difficilis est ad conservandum. Ad

amit-

Quam deli-  
cata est ho-  
minis gratia  
pendens e de-  
bilibus in-  
constantis  
voluntatis  
filis.

amittendum verò hominum gratiam, qualiscunque levis sufficit culpa. Experimento fit, nam illi Pharaonis ministri, & ex primis: post diurna erga Principem obsequia, viderunt se repente una die ab ejus decissos gratia, & ligatos in carcere usq; ad despectum catenâ, & qua de causa? Videlicet quia in pane minister quidam dederat lapillum, & alteri eventualiter ceciderat musca in haustu. Ita delicata est mundi gratia, ut minimo capillo, aut scrupulo abrumpatur, vel levi musca turbetur. Utriusque hominis obsequia magni ponderis erant, in suis somniabant officijs, sicuti optantes ea sedulo exequi, *Somnium vivimus*. Culpa fuit, casualiter culpa, *Accidit, ut peccarent*. Et amiserunt ob unam solum contingentiam, quod lucrati fuerunt diu multis curis, & continuis vigilijs. Ergo gratia, quam tenuis frangit lapillus, est quati ex vitro fragilis, & quam levis musca dirumpit, atq; valde volatilis, & fugilis. Ad quid ergo homines ob hanc fatigantur gratiam? Si ob rem volatilem, aut fragilem amittitur, gratia talis nimis fragilis, & volatilis est. Videtur vobis hoc multum? Expectate, & audietis aliquid, quod plus est. Quot, & quanti homines, Principum deperdunt absque crimine gratiam? Hæc enim differentia inter Dei, & hominum gratiam intercedit, nam ad amittendam Dei gratiam, mortalis requiritur culpa, sed, ut hominum priveris gratia, non est opus illius culpæ esse reum, absque veniali peccato, erit cassatum quodcunque favoris privilegium. Dicatis mihi, Aman voluit unquam Regis Assveri violare thalamum? neque fortè de hoc somniavit. Daniel, nec non egit unquam seditiosè, ad turbendam Assyriorum Monarchiam? neque de hoc cogitavit, & tamen tanquam audax interijt in patibulo, & Daniel tanquam seditiosus, in leonum præcipitatur lacum. Est huic par in mundo injustitia? Daniel heri in aula tam æstimatus, & hodie tam abjectus? Et innocenter. Ob denique suspiciones Assveri contra Aman, atque Assyriorum invidiam contra Danielem. En, quid sit hominis gratia, quæ vobis tot constitit, & constat suspiria! Intendite rogo ulterius, & audietis aliquid novi, & verè inter ferales computandum motus. Hominum gratia non solum ob mala opera sed ob opera bona, aliquando amittitur. Quot, & quantis accidit, exortu fuisse apud Principes odium, è redundantanti obsequiorum manantiali? Testetur hoc Silo, cujus singularis fidelitas militum contra Tiberium compescuit, aut repressit rebellionem, exindeque ejus fuit privatus præsentia: Sit neq; non testis David, qui ictu Petræ detruccans gi-



gantem, vel potius exercitûs Saulis terrorem, ob unicam, quam fortunatè *Invidia è lu-*  
 expedit in campo petram, reperit in palatio contra se lanceas. *Idola cratis Victo-*  
 sunt, ut in plurimum Principes, quorum oculi, sicut animadvertit Jere- *ria vexillis,*  
 mias, pulveribus adornantium illos obcæcentur. Potius solent tepores *faci lanceas*  
 numerare, quàm fideliter obsequentium fervores. Quia planè æsti- *ut te, & tuas*  
 maat recognitionem, speciem captiverij, quod est cum Majestate incom- *glorias, te*  
 parabile. Itaque sive sit culpa, sive non, sive bene, vel malè agatur, *transfigendo,*  
 semper versatur in periculo hominum gratia, solùm Dei bene operanti *sepeliat.*  
 bus est secura: Tertio Dei gratia non amittitur ob illud quod potest fieri  
 malum, sed pro illo quod de præfenti, vel præterito malum fecit. Sat  
 autem erit, ut hominum gratia priveris, solùm cogitare, aut præsumere,  
 quod aliquando quemque offendere possis. Putarunt Regis Arhis  
 magnates, quod David ut adlaretur Sauli, aliquid poterat contra ejus  
 molliri Imperium, & ob hanc temerè suspiciõnẽ, Davidi inhietur impo- *Minima con,*  
 sterum aulae ingressus. O pauper David! Possibile nè est, quod de- *tra te suspicio*  
 beas Regis privari gratia, non ob malum quod fecisti, sed ob malum, quod *sat est, ut ca-*  
 invidè, & malevole in te præsumunt futurum? Gratia Dei est bonorum *das è gratia*  
 cogitatum meorum præmium, & quod ob cogitatus alienos cogatur *hominum.*  
 David, ut hominum gratia sit privatus? Exul ab aula David, quia Satra-  
 pæ præsumunt, vel falsè prophetizant eum futurum Regi, & Regno  
 contrariam? Hæc est gratia hominum, pendens aliquando ex levi ali-  
 enæ præsumptionis filo, aut temerariæ suspiciõnis levi capitis capillo.  
 Quarto: Ad Dei gratiam amittendam, non sat esse certum fuisse præte-  
 ritum peccatum, sufficitque præteriti emendatio, ut iterum in gratiam  
 Dei suscipiamur, sed in gratia hominum, neque pro futuro valet peccan-  
 di incertitudo, neque pro præterito valet quidquam emendatio. Auf-  
 ferunt à nobis gratiam, ob malum quod facere possumus, & etiam si e-  
 mendemur quomodocunque sit, in gratiam rarò constituimur primam.  
 Pro gratia Dei deperdita, contritio, ut denuo illam recipiamus est neces-  
 saria, sed si hominum est semel amissa, omnis contritio est frustranea.  
 Denique gratia Dei immemor est illius quod fuimus, & æstimat nos  
 prout modo sumus, etiam si maximi fuerimus peccatores, si fuerimus in  
 gratia, non ampliùs nos inter malos, imò inter justos connumerat  
 Deus. In gratia hominum non sufficit, quod simus boni, nam si ali-  
 quando aliquid minùs fuimus, nunquam major est memoria de illo, quod  
 fuimus, sicuti cum vident nos in altiori statu. Loquebantur Proceres

Assyriorum Davidi circa Danielelem, & vocabant eum captivum, *Daniel de filijs captivitatis.* Alter deinde aulicus loquebatur cum Josaphat circa Elisæum, & vocabat eum Eliæ famulum, *Est hic Elisæus, qui sumebat aquam, super manus Eliæ.* O bone Deus! sic villipenditur Daniel, qui prius erat minister Regis Darij? Sic Elisæus despicitur, qui erat maximorum oraculum Principum? Quid volumus ergo? Hæc enim est mundi consuetudo, Etiam si aliquis sit primus in populo, si antea fuit captivus, debet esse semper captivus, etiamsi modò sit Supremus. Et si semel fuistis Eliæ famulus, debetis famulus, & servus haberi semper, etiamsi sitis oraculum; summatim ergo dicam, quid sit gratia hominum. Est quidam gustus terrefactus, dulcis inquietudo, invidiarum sibilum, calumniarum excitatorium, tragædiarum experimentum, vapor in nube inclusus, quoddam nihil larvâ vanitatis vestitum, fortunæ donum, adulationis præmium, conscientiarum obex, communiterque clavis inferni, exhalatio ardens usque ad favillas, sol, qui oritur ad expirandum, & luna crescens ad se diminuendum, flans ventus ad non durandum, rota ascendens ad descendendum. Ergo si hæc est gratia hominum, & quid infinitè meli⁹ est gratia Dei! idcirco noster Colossus tanti æstimat Dei gratiã.

*Colossus Amat, & munerat valde literatos,*

N. 13.

**M**ereri, & munerari in Philosophia cæli, correlativi extant termini; licet in mundi polirica, independentia videantur extrema. Divina namque non promittit serviri Majestas, nisi illicò de retributione liberalis admodum superna cogitet ipsa Divinitas. Etenim munera destinata recondit æterna, aut temporalia, atque aliquando utraque simul pro illis, qui in ejusdem amoris fervent obsequijs. Alijs utique mundus utitur maximis, ejus cum mancipijs, nam rarò munerat merita, imò leviter agens virtutis conculcare solet margaritas. Præmia quidem, quorum creditrix extat probitas, videtur immerito in indignos aliquando prætensores devoluta: Commutantur namque facillè voluntatis manus, sicque confunduntur rectæ æquitatis progressus: Idcirco in idoneo dextera protectionis porrigitur, manente pro idoneo sinistra despectus manu. Sæculis enim antiquis egregij florere viri, ait Tacitus lib. 3. *Annal:* Et nostro in ævo non desunt, nam elabentibus annis non exhauriuntur discursus, imò mentales perficiuntur partus, eò uberiores, quo magis quotidianis abundant experientijs. Tunc enim insignes noscebantur viri, quoniam munerabantur, modo verò, quia non præmiantur,

Tacitus lib. 3.  
Annal.

Discrimen  
maximum  
inter Dei  
gratiam, &  
hominum,  
controverti-  
tur.

antur, fortè non noſcuntur. Præmium diſtinguebat idoneum ab indigno, idcirco erant multi, qui otio negantes armiltitium, aſſiduo libenter dicabantur ſtudio. Potior, & notior hominum propenſio ſitibunda videtur ambitio, qua percipiunt literati, aut in bello celebrari famoſi. Idcirco Lacedemonij, qui arte, & Marte antiquitatis accenſi extiterè. ſplendores, ſimul Sacra libabant Dijs, & Muſis: Diviſ utiq; ut tuerentur in periculo, & Muſis quidem, ut celebrarent poſtea triumphum. Hæc enim gloria, valoris extabat ſtimulus, ſicque pro illis erat adulatio ipſum periculum, glorioſum faciendo è literario ſtudio, quaſtum, Idipſum Romam quondam totius orbis promovit in Dominam: Cordatè iſta diſpoſuit, publicã honoris, & virtutis in templo aperire janua. Hæc enim diſcretionem, excitabant Spiritus, accendebant animos, ſvaviſabant laborioſa, incipiebant ardua, proſequebantur glorioſa, atque complanabant quaſi impoſſibilia, & demùm tamdiu mundo imperavit ut Domina, quamdiu generoſa muneravit manu, merita. Quid aliud de Athenis dicendum, ſapientum centrum, ac ſupremum Univerſitatum emporium? Hoc utique illam ſuper ſidera extulit, nempe prudens, ac politica literatos munerandi cura, illorum erigendo ſtatuas, & panegyricis commendando metris, in æternam eorum memoriam: Tunc exultabunda reſpirabant ingenia, ſeiſpa in indefeſſum ſtudij amorem concitantia, ſibiſque invicem bonum fortunæ ulterioris apprecantia manè. Hoc tamen non obſtante, cum dolore, noſtro in ævo, capitolia in nihilum proſpiciamus converſa, & in frigidos cineres illa Athenienſium memoria. Defuit enim juſtum meritis præmium, & elangvit plurimum animus ad ſtadium: Potius namque Principum, ac Mæcenatum Mineræ, & marti faventium, occaſum, quia literario defecere ſudori, glorioſæ ſtatue; & triumpho. Tumulatū deniq; fuit in Romanis robur, & ſucceſſus rubor, negato utique celebratæ famæ præmio, & in Athenienſium choro honoris lyra in mæſtum converſa luctum. Defuerunt enim Principes, ac Mæcenates militiae, aut Cathedræ fautores, & illorum langvens in utroque non protegendo animus, axanimavit ad utrumque ſtadium: & illæ priſcæ ſcintillantes lucas, ut defuncti pernoſtarunt Soles. Non enim opus eſt, quod nobis dicat fides, Dei Monarchiam fore æternam, nam experimur in illa, munerata obſequia, unde inferitur, & clarè, regnum Dei, non ſubefſe tempori. Si enim Romani, & Athenienſes clarumunerarent ſemper Inſignium geſta, virorum, perſeveraſſet in ſub-

Qualiter quò  
dam aſſi-  
mabantur  
ſtudia?  
Theat: vite  
humane,  
rom: 4. v.  
honor.

jectis

jectis studij amor, & fervor: sed deficienter honoris præsumpti alimento, quis vivit absquæ nutrienti famæ expectatæ subsidio.

N. 14.

*Coloffus Apostolorum Principem valde veneratur & collaudat & ait sic:*  
**I**ntendit Christus Dominus suæ Ecclesiæ fabricam. *Ædificabo Ecclesiam meam.* Et cum primum, & præcipuum fabricæ fundamentum, sit illud stabilire contra temporum injurias, aut turbinum violentias, ait Christus Dominus, quod neque inferni portas timere, fas erit, imò quod contra ejus vires, opponet fortitudinem in sua Monarchia majorem. *Et porte inferi non prevalebunt adversus eam.* Quod si aliquis interrogaverit, in quo Christus Dominus hanc nusquam prorsus morituram fundavit durationem? Dicam, quod in munerando virtutem, quia non solum dicit *ædificabo*: sed addidit *dabo*: videlicet pro ædificio firmam petram in Petro, *Et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam*, & ipsemet petræ claves addam, ut ædificium fortius teneat, & alias structuræ istius claves, ut sibi tanquam bene merito, & sibi similibus aperiat, & indignis omninò occludat. *Et tibi dabo claves Regni cælorum.* Si enim Christus Dominus suæ Ecclesiæ fundat Monarchiam, hac in politica munerandi merita & canonizandi obsequia ipsi facta, absdubio illius ædificium perseverabit æternum contra variabilem temporum cursum. *Ædificabo, dabo, & porte inferi non prevalebunt.* Quis ergo is erit, cui, ut bene merito hocce Christus Dominus contulit præmium? Adest quippè gloriosus Apostolus Petrus, qui ex empyreo cælo, spectator est proprii cultus, ac debitus nostræ devotionis, nec non & hujus meritæ exaltationis scopus, qui inter Apostolos meruit Principatum: Qui Pater est credentium, fortissimumq; Dei honoris Scutum, os divinæ sapientiæ aureum: sedulus cœlestis thesauri œconomus, Paradisi claviger perpetuus; & quod plus est in terra Vice-Deus; & denique fundamentalis Lapis Ecclesiæ, indeque magis ejus supremam efferens excellentiam: ut par pari referret cœlum, nempè S. Petrum tam largè munerando, quod Petrus sibi conciliavit solida virtute, hæc utique, & plura planè aliâ, merendo: atque mirabili concursu, SSS. Trinitatem in se beneficam experiendo, & in ejus laudem totam sollicitam admirando: quod quidem luce apparet clarius in ijs tribus idipsum stillizatum verbis: *Ego dico, ædificabo, & dabo.* In his enim tribus verbis, Christus exprimit maximam Petri excellentiam, in eo, quod ab illo accipit, & ipsemet Christi Majestatem summam, & potestatem supremam, in eo, quod ista Petro conferre potuit, & contulit.

Vide.

Videlicet dicendo de illo, aliquid singulare, quod nusquam alteri dixit, & in illo, & ex illo, largiter ædificando aliquid, quod nusquam fuerat ædificatum, & donando illi aliquod munus, seu gratiam, quam hætenus nulli donaverat. *Dico, ædificabo, dabo.* Confirmant planè hunc discurrendi modum, *S. Joann. Chris. hom. 55. in Matth. & noster Raulinus serm. S. Joan, Christi de SS. Petro & Paulo, per hæc verba: Hæc sunt tria verba, quibus Christus indicat Majestatem suam, quam confessus est Petrus, ego dico, ego ædificabo, ego dabo.* Hæc enim munia videntur ad SSS. spectare Trinitatem, *Dicere*, utique ad Patrem, quia dicendo divinum genuit Verbum; *ædificare*, autem ad Filium spectat, quia, ad id, si magnum debet esse ædificium, sapientia requiritur, & Filius Patris est sapientia, *dare*, autem ad tertiam personam. In humanis planè nil, quam per tertiam dare personam, consultius, ad vitandum vanæ gloriæ ventum: sed in divinis? Utrique, non quia in donante spiritu, timeri tumens potest vanitatis flatus, sed, ut timens hujusmodi periculum, hoc utatur in largitate stylo. *Omnia operatur unus, atque idem spiritus, dividens singulis prout vult.* Ergo si hæc ad SSS. Trinitatem spectant officia, videlicet dicere, ædificare, & dare, & hæc in S. Petro inveniuntur, verè ad S. Apostoli Petri muneranda merita rectè prospiciunt: *Æternus itaque Pater munerat hujus S. Apostoli merita, dicendo. Dico tibi. Quomodo Pater Petro dicit, si Filius æquè dicit Petro, & ego dico tibi.* Præterea in hoc cap. dixit Christus Petro, quod Pater ejus revelaverat divinitatem. *Caro, & sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus.* Sed, illud *dicere*, non est idem ac *revelare*, quia Pater æternus per semetipsum *dicit*, non autem per se, sed per Angelos *revelat*. Ergo si Pater æternus revelavit Petro filij divinitatem, & *revelare*, non est *dicere*, neque facit, neque præmiari nostrum potuit Apostolum ajens: *Dico tibi, sed revelando, revelavit.* Haud facilis videtur hæc difficultas, novaque hæc discurrens Idea. Verum tamen licèt arduum dicendi subjectum, cuncta perorantis cedant, in gratiam S. Petri, studia. Quantum autem ad primum, videlicèt quod Christus dicat, & non Pater æternus, discurrebam sic. In iisdem enim verbis, in quibus versatur objectis, clara videtur solutio. *Et ego dico tibi.* Intendat peritus orator, & inveniet, quod illud. *Et*, additum, facit relationem, & supponit alium prius dicentem. Quod autem hunc illa diçio faciat sensum, apud

*S. Leo. serm.* S. Leonem Serm. 2. de hoc festo perorantem reperies. *Hoc est* (ait S. 2. in Festo S. Doctore) *si Pater meus manifestavit tibi divinitatem meam, ita ego notam tibi Petri. facio excellentiam tuam.* Et id ipsum S. Joann. Chrysost. Hom. 55. in Matth.

*S. Joan :* confirmat. *Et tibi dabo claves Regni Caelorum, sicut Pater dedit tibi me Chrys. hom.* noscere, ita & ego aliquid tibi dabo, scilicet, *claves Regni Caelorum.* Unde 55. in Matth. sequitur, quod si, *Et tibi Dabo,* Supponit Patrem æternum dandò, *ly Et ego dico tibi,* Cur non supponet Patrem æternum, dicendo? Sed obijciat aliquis, illud dicere Patris fuisse revelare, & quod revelare, non est propriè dicere. Respondeo hoc ipsum plus meum confirmare propositum. Ecce, quando S. Petro Pater Æternus Filij sui revelavit dignitatem? Hoc fundatur dubium, quia *ly revelavit,* loquitur de præterito.

*S. Laurent.* In S. Laurentio Justiniano serm. de hoc festo. inveni responsum. *De Christi Justinian.* *sti divinitate, & scientia fidei eruditus est Petrus, quando transfigurati Domini gloriam in monte vidit, Patrisque vocem allatam, à magnifica gloria in nube audivit, dicentem. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.* In hac ergo suppositione inquirò: Illa revelatio Thaborij fuit singulariter S. Petro facta, an Simul Joanni, & Jacobo? Dicere enim, quod tantum S. Petro, nil verè similitudinis continet, nam vox Patris penè intonuit, quando à discipulis omnibus fuit audita, *Et audientes discipuli.* Ait Evangelista. Dicere verò, quod Joanni, & Jacobo, est quasi destruere S. Laurentij testimonium, & quia in Evangelio singulariter loquitur de, & cum Petro *Revelavit tibi,* non omnibus: Ideoque si revelatio Thaborij fuit communis, & hæc facta. S. Petro singularis, non potest illud Evangelij, *Revelavit,* referri ad notitiam habitam per Patrem à discipulis Thaborij. Imò eadem videtur, si intentè perpenditur. Verum quidem est, quod æternus Pater manifestavit, & docuit

*Revelatio S. Petrum, Filij Divinitatem, & fuit tam benè de illa informatus, sicuti, & Petro facta Eruditus est.* Et quod Christi in transfiguratione, ut ait Justinianus, *de Christo D.* singulariter ejus manifestatio fuit facta S. Petro, & non alteri discipulo, *fuit valde licet Evangelista dicat, Et audientes discipuli.* Sed si omnes tres discipuli æterni Patris audiverunt vocem, & ista manifestabat Filij Divinitatem, quomodo singulariter hæc poterit appropriari notitia S. Petro? Respondendum sic: Omnes tres discipuli in monte audiverunt Patris vocem, sed hujusmodi vocis conceptum non intellexerunt omnes tres; audire quidem fuit commune, sed intelligere singulare: Quia licet omnibus manifestabat tribus, Pater, Filij divinitatem, sed singulariter loquebatur Petro, & ad eum dirigebat, intelligere vocis conceptum.

Hac

Hac itaque me explicabo paritate. Omnibus enim notum est Theologis, quod *intelligere* prædicatum est, omnibus tribus commune personis: & quod *Dicere* prædicatum est nationale, seu particulare, quia omnes tres personæ non *Dicunt*, bene tamen omnes tres *Intelligunt*. *Dicere* quidem solum ad æternum spectat Patrem: Sicuti esse *Dictum* ad Divinum solummodo spectat verbum, ut sentit: *S. Thom. 1. p. q. 34. ait: 2.* Si enim *S. Thom. 1. p. q. 34. a. 2.* omnes tres personæ intelligunt, & *Dicere*, est intelligere, cur omnes tres non dilexit? Nam intelligere dicendo, est proprium Patris, eo quod *Dicere* generidem sit, ac intelligere gignendo, & generare, nullam spectet divinam personam, nisi ad Patrem, inde est, quod non omnes tres personæ *dixerunt sibi* sicut, licet omnes tres æquè intelligant. Similiter quasi in nostro casu: *linum dicendo*, Omnes tres discipuli vocem æterni audiverunt Patris, sed non omnes *non alterius* tres divinitatem Filij intellexerunt: Petro fuit quidem reservata ista *personæ divi-* notitia, & hæc tanquam digniori, & futuro Ecclesiæ capiti gratia; *discursui* quidem ansam præbens, ut dicere possit, processisse cum Jacobo, & æterni Patris *Revelando*, sed quod *S. Petro Revelando, & dicendo. Revelavi, est proprium.* *Et ego dico tibi:* Singulari hunc promoveo discursum textu: In lacu enim Genezareth cum alijs piscatur *S. Petrus*, quorum fortuna, non se extendebat tunc ultra retia, illis utique, & sudore sænerando vitam. Vivebat tamen Petrus illo cum fenestrato stamine contentus, & vacua Cymba, uti poterat Magnus Alexander suis pecuniarum, & militum copijs: alienis non utique invidens fortunis, siquidem de nullo verificatur, sicuti de nostro *S. Apostolo* illa inventio quondam celebris *de fortuna, obsequente*, depingens Piscatorem tenentem in manu nassam, & ad se trahentem imperia, pro aliorum piscium captura. Quis enim in hac non videt officij demissione, fortunam nostri piscatoris majorem? Quæ utiq; imperia, non fuit piscatos Petrus pauperula arte. Argutè planè *S. Augustinus* *S. Petri* piscationem admirans ait Petrum fore Piscatorem, & piscem, & quod Christus Dominus, etiam erat piscis, & piscator *S. Petrus* retia tendebat fortunæ, & Christus erat piscis, quem attraxit. Christus verò prædicationis tetendit retia, & deprehendit Petrum in nassa. *Dum vellet Petrus inaninassa querens concludere piscem, homo verbi Christus, & ipsum tenuit Piscatorem, descendebat Petrus sinum lini, voluit in se vacuum cortinam, & dum insequitur gravis semper æquoris prolem, captorem suum emptorem Salvatorem traherat, & traheretur.* Relinquamus hic *S. Petrum* tanquàm piscem à Christo Domino captum, & in Genezareth lacum

*S. Aug. serm. 28. Sanct. 15.*

*Pisces magni non capiuntur nisi in mari alto, & piscatore intelligenti ac dextero. Theoph. in luc. 5.*

denuò revertamur nostro cum discursu, ubi eundem Petrum non prius dem suis cum retibus laborantem præmisimus, ad quem accessit Christus turbis comitatus. Conscendit ergo Christus in Petri navem, & inibi sermonem ad populum habuit: cum autem inde, remigrare aliunde resolveret beneficia in cunctis, & cunctos Majestas, prius placuit Petro munerare obsequium, & cooperatoribus Petri: ut ait *Theophilus in Lucam 5.* Postquam turbam è navi docuit, dominum navis non reliquit irremuneratum. Idcirco in valedictione hæc mysteriosa protulit verba: *Duc in altum, & laxate retia in capturam.* Inquiro, cum quo loquitur Christus Dominus? Cum Apostolis? Non utique, quia dixit *Duc* in singulari: non *Ducite*: Ergo loquitur cum S. Petro? Videtur quod non; quia dicit *Laxate*, & non *Laxa*. Cum quo ergo loquitur? Mirè planè *S. Ambrosius*: loquitur cum Apostolis, & loquitur cum S. Petro, sed diversi modo, cooperatoribus mandat, ut retia laxent, *Laxate*. Petro autem injungit, ut in altum rete ducat. *Duc in altum*. Non facile istud percipitur mandatum. Ducere in altum rete, novus, & in auditus videtur piscandi modus: qualis altitudo est ista, ad quem rete jubetur distendi. Ecce pisces, quos alij Apostoli debebant piscari, erant homines, & isti multi, & in profundo mundani maris absconditi, *Faciam vos fieri piscatores hominum. Sic, Matt. cap. 4.* Sed ultra istos erat unus valde magnus, qui non erat purus homo, sed simul homo, & Deus, & iste in Sinu æterni Patris altissimi *Unigenitus, qui est in sinu Patris S. Joann. cap. 1.* Patet enim modò solutio. Cum enim sit tanta distantia inter pisces

*S. Matth. cap. 1.*

*S. Joan. ca. 1. Quomodo intelligitur quod Christus D. dicatur piscis. a piscatore Petro captus?*

parvos, & in sinu, maris vagantes, & inter alium solum unicum, & maximum in altissimo sinu æterni Patris immorantem, ex verbis colligitur quid vult dicere *Duc in altum*, & quod S. Petro fuisset dictum, & quod *laxate retia* fuit dictum S. Petri coadjutoribus. Ad capiendum enim pisces, natantes penes Piscatorem, laxentur retia ad placitum, nam ad piscandum facile, & copiosè, non est opus multum intelligere, nec nimis industriae, seu virium adhibere; pulchre planè *Trophilatus in Lucam cap. 5.* *Evangelium est rete, orationem humilem, sed pedestrem, & auditorij infirmitati se atemperantem, & idcirco dixit laxate.* Humile namque objectum, exiguumque lumen, nec non humilem mentis oculum petit, neque magno eget, ut capiatur captus, sed acta capere præsertim verba divina, non facile est datum, nisi illis, qui sicuti Petrus retia intel-



intelligentiæ in altum ducere possunt: ideo Petro, & non alteri, dictum fuit *Duc in altum rete*. Videlicet eleva, Petre, cognitionis rete, si vis æternum Patris sinum pertingere, & capies illum magnum piscem, quem desideras, utique verbum æternum sicuti jam capisti, & tuam nobis confessionem innotuit quando dixisti: *Tu es Christus filius Dei vivi*. Quod & confirmat S. Ambrosius in cap. 5. S. Luca, citatus in catena aurea, soli Petro dicitur, *duc in altum, hoc est, in profundo disputationum, nam quid est tam altum, quam scire Dei filium?* Quandoquidem autem Christus Dominus dixit Petro duc in altum, pariter hoc studens imitari mandatum in altum etiam hujus discursus rete ducere præsumo. Varia enim invenimus SS. Apostolis à Christo Domino concessa privilegia. Ponamus S. Thomam Apostolum Sacro Jesu intentum lateri, & manu tangentem, quod humanis celabat antea divinitas oculis, deinde S. Joannem Evang: qui in pectus recumbentem Salvatoris, nec non est S. Paulum raptum usque ad tertium cælum ut *Mellifluis Bernardus* advertit *Sermone 33. in cantica* dicens, *Thomas in latere; Joannes in pectore, Paulus in tertio celo*. N. S. Petrus ubi? In æterni Patris sinu. Quid ergo ibi facit? De S. Thoma enim jam innotuit, cum digitum in sacrum intulit vulnus, de S. Joanne pariter scimus, Christum se exactorasse cum illo, ac de divinitatis fonte hausisse multum: de S. Paulo necnon aliqua audivisse abscondita arcana, de S. Petro verò nihil enim auditur. Quod autem sit ibi otiosus non credas. Ergo aliquid ibi singulare faciebat, meo judicio ibi concepit illam divini verbi notitiam, quam postea ore, ad os, & facie ad faciem in Christi obsequium coram discipulis peperit, & eructavit dicens, *Tu es Christus Filius Dei vivi*: nam si S. Joannes in illo invenit pectore, aut siquæ ad scribendum multa de ejus divinitate, S. Petrus in sinu Patris in uno verbo, invenit totum, nam in uno verbo divino reperijt ad prædicandum de divina, & humana Christi filiatione quantum potest dici. *Tu es Christus filius Dei vivi*. Urgeo ulterius, si in sinu æterni Patris est unigenitus Dei filius, quomodo in eodem sinu erit S. Petrus? Non enim videtur dabile hoc: alias in eodem sinu erunt duo? Ita. Et solutio facilis, nam in Patre non est unus solus sinus, sed duo, ideo vocatur S. Petrus *Bariona*: quid enim vult dicere Bariona? *Filius Columbæ*. Filius autem columbæ semper est in sinu Matris, usquedum volare possit, & non solet filius Columbæ esse solus, imò fermè semper duo sunt, & in sinu Matris ambo, unus tamquam primus, & alter tamquam

*Excellentia  
S. Petri Ap.  
subtili pa-  
lam fit peni-  
sillo.*

secundus. Ergo poterit esse Christus Dominus in sinu Patris dextero, & S. Petrus in sinistro. Christus Dominus tanquam filius naturalis, & Petrus tanquam adoptivus. Deinde filius Columbæ libenter triticeis vescitur granis, & videret Christum granum tritici verum, in sacramento quidem, veramque nutrimentum, & istud sit in sinu Patris, quod maneat penes ipsum in loco, non debet verti vitio Columbæ filio. Ita est, sed aliquid aliud arbitror fore, quod & auctor superius eleganti ac horisat ingenio. S. Petrus non erat, & est piscator? Procul dubio. Piscis autem quem volebat capere, non erat Christus Dominus? Omnino, & iste non occupat æterni Patris sinum? Nemo in hoc hæsitat, non præcepit Christus Dominus, Petro ut duceret in altum cognitionis rete, & planè oculatum, tot constans oculis quam foraminibus? absdubio. Hæc ergo non oportet extrema, quæ prorsus mysteria in hoc alto sermocinandi manerentur sat profunda, atque melissuum Bernardum penes ejus discurrentem littora, nonne Petrus est piscator, & iste debet esse non procul à pisce, quem apprehendere cupit? Non neges, si autem iste est tam magnus piscis, sicuti divinum verbum, & magni pisces non facile reperiuntur nisi in profundo sinu maris, neque Christus Dominus nisi valdè profundè, videlicet in sinu æterni Patris, & cum ipse Christus jubeat, ut Petrus ducat rete in altum, duxit utique usque ad Patris sinum, ergo in illo loco debet esse S. Petrus, alias non posset piscari piscem tam magnum, *Petrus in sinu duc in altum*: verum si in sinu Patris est Petrus, qualis est iste Sinus? Nam Deus non est corporeus, sicuti fides docet, imò materialis sinu caret. Quid ergo pro sinu intelligit Evangelista? Et idem scit hoc S. Augustinus dicens: *Quid est in sinu Patris, quid est in secreto Patris*, & quod pro Patris secreto possumus nos intelligere? Crediderim fore aliquid prædicatum personale nam absolutum, cum sit omnibus tribus personis divinis commune, videtur non posse celari in tantum, nec haberi posse tam in secreto: erit ergo Patris æterni dictio. Qua dicentem credimus unum verbum, quod nunquam nobis fuit dictum, & si fuit dictum non fuit à nobis intellectum, istud quod dictum & à Patre dictum, ipsummet est divinum verbum, & secreto cordis paterni eructatum, Petroque factum notum, & per illud nobis. Ex quibus inferitur, quod in illo sinu, & cordis paterni secreto, admisit S. Petrum æternus Pater, inde noscitur, quod non solum favet Petro rebellando, sed quod & sublimabit illum, id quod Pater dixit S. Petro dicendo, & si S. Petrus tam altè laxat, [cognitionis

nis retē, neque mihi neque ulli ampliùs ad discendum desuper in laudem  
& præconium S. Petri, ipsi discursus exilitati relinquit.

*Colossus scit se ostendere gratum.*

**C**ur pueri Babilonici adhuc ante inextinctas accensæ fornacis flammæ,

Laudes cantant Divinas, cum sint in periculo utque dum foris exe-  
ant? Quia in nobili corde rarò non fuit grãtudo impatiens, sicuti in ab-  
jecto animo lente procedens, parens enim pro prole, ac maritus pro  
conjugē, nec non Princeps pro plebe, solent se exviscerare, ut juvent,  
atque, ut sibi charos consolentur, ut ditent, verùm quandoque nemini  
ex illis multum dolet, quod parentes, aut Domini se pro illis molestant,  
aut sudent: imò si domus ardet procul ipse à fulmine, si illi lugent, ipse  
ridet, si bene fecerint, maledicit, putans totum ipsi deberi, quantum pro  
ipso iidem laboraverint. Hos quippè, & similes optimè depinxit tan-  
quam expertus S. Ignatius Martyr, dum Romam fuisset ductus, ad be-

N. 15.

stiasque injustè damnatus, dicens sic: *Noctū, diūque ligatus cum decem ingratis, &*  
*Leopardis, hoc est, militibus militibus, qui me custodiant, quibus, & eum leopardis*  
*benefeceris, peiores sunt.* Perversa prorsus indoles, puro beneficij au-  
ro facit ingrãtitudinis cuprum: necnon velle distillatorium è sudoriferio tur.

floribus liquorem reddens infectum, aut fatens cunctis venenum. Hi e-  
nim comparari possunt Fucollido: lib. 12. idest spuria api pigra, & rapa-  
ci, quæ admittit inter nobiles apes ad mensam, beneficidò accepto celeri

volatu benefactricibus vertit ingrãtum dorsum, Cur autem S. Igna-  
tius Mart: illos ingrãtos satellites vocavit leopardos, non autem Tygri-  
des, aut urfos, lupos aut leones, sed Leopardos? Dicam. Quia Leopa-  
rdus est animal è leonis, & pãcti adulterio generatū. Ignobile planè genus  
contra genitorem rebellans, & proprium sanguinem degenerando detur-  
pans: istud quippè animal inter alia vitia ingrãtitudine notatur maxima,  
vivit enim in perpetuo odio Leonem quærens ad mortem, & nisi ejus sa-  
tietur sanguine, intestinum nutrit, atque perpetuum contra ipsum livo-  
rem: Quia vero est animal tam ingrãtum, & suo proprio sanguini ita ad-  
versum, valde quippè benè, & propriè comparavit S. Ignatius Mart: ip-  
sius ductores, vel corporis ipsius custodes, Leopardis. Sed noster

Colossus generosus & nobilius se gerit instar *Sarach, Misach, & Abde-*  
*nago Dan. c. 3.* Et invictissimi Laurentij Martyris, nam pari passu, quo  
ferret opus Dei ipsis favendo, flammante charitate, in fornacē mittigan-  
do ardorem, in ipsis fervet opus grãtitudinis, ut fervor beneficij divini,

Daniel. c. 3.

grati-

gratitudinis fervore, Deum benedicendo solvatur, Et si Spiritus S. flante favorabili aura, illos sedavit ardores, & ipsi pariter, dum os aperuerunt ad Deum laudandum, frigidus pariter halitus insufflantes in illum, & immentum calorem simul, temperarunt illud violentum accensæ fornacis incendium.

*Colossus nescit se excusare, cum ad spiritualia invitatur.*

N. 16.  
S. Bernard.  
serm. 22. in

Apoc. cap. 19.  
v. 7.

*Qui excusatur à Divinis absque causa, propriam sibi conciliat ruinam. N. Rupert. lib. 1. cap. 1. in Habacuc.*

**B**ern. serm. 22. in Cant. sic accinit: Ergo vitalem hanc sparsam ubique fragrantiam non sentit, & ob hanc non currit, aut mortuus est, aut putridus: stultus populus me non cognovit. Ut Cadaver, est homo, qui medicum, nec medicamen noscit, stultus planè olfactus, qui panem, qui nihil de sparsis, & electis intelligit odoribus, nec voluntas videtur sana, quæ optima olfaciens, ad illis fruendum non currit, aut properat cito. Apoc. cap. 19. v. 17. dicitur, Quod aves calis vocatae sint ad cenam agni. Cur autem non invitantur & aliæ belluæ? Cur non Leo Regio præditus animo? Quia convivium erat in cælo, & egebat tanta Majestas curru, & non sunt omnes Elias, ut hoc privilegio fruantur. Cur non ursus? Quia animal est ponderosum, & obesum tardos facit gressus, & libentiùs sedet, aut jacet penès alvearia, quam ad alia divertat convivia. Ergo invitetur lupus, aut lepus, quia ille scit vindemiare agnos, sicuti agricola botros: & ideo nõ licet, ut ad cenam agni eat, prius nam vorasset hospitem, & post ipsum, omnes in mensa dapes: nec lepus, quia licet nimis currat velociter, est aliàs valdè timidus, ad comparendum, in cælo convivium est canicula non procul, & timendo aliquem ab illa morsum, brevi desisteret ab itinere incepto, atque in proprium revertetur jejunos nidum. Ergo nulla alia bestia debet invitari nisi avis? Non. Quare? Quia, ut ait Rupert. lib. 1. cap. 1. in Habacuc. Aves ab aviditate comestionis diste sunt. Ita est, & tam avidæ, quod dentibus carentes, qui illas impediunt, aut terendo pabulum detineant, penè rostro granum capit, & habet in ore, cum illicò transfundit in ventrem: sed venia tanti Doctoris, non solum possunt dici aves ab aviditate comedendi, sed & ab aviditate volandi: Quorsu? Versus cælum, & se extollentes in altum, & à terrenis procul. Istæ planè aves sūt pro cæna magna, ac caelesti cõvivio aptæ; Alia enim animalia currunt, ut comedant, sed aves volant, ut edant & vivant. Alia enim animalia ad capiendum pabulum aliquando currunt, sed morosè, aves verò volant & concitè; Quæ sunt istæ aves invitate ad cenam Agni? Meo videri, congruè significari illos, qui omni terrena excusatione, voluntateque pre-

propria, aut cura temporali postposita, invitanti Deo, Parent, & olfacientes obedientiae fragrantiam, confestim currunt, sicuti invitati ad epulas. *N. Rupert. in Apoc. lib. 11.* Considerat, quod in illa cæna magna ubi quidam invitavit homo: tria ex convivis genera venire renuerunt. Videlicet quidam uxoratus, & duo mercatores: Primus, quia uxorem duxerat recenter, aut non pridem; alter verò, quia villam emerat, & alter bouum juga duo. Primus enim iuste excusari potest, nam Matrimonij funis, seu funus, sunt duo fortissima ligamina, illud ad alligandum, & istud ad sensim moriendum. *S. Paul. 1. Cor. 7. Alligatus es uxori, noli quaerere solutionem.* Qui autem ob coemptam villam illam videre cupiens; & ab hoc illam cænam magnam negligens, & alter ob probandos boves, vere rationi contradicunt, *villam emi, eo videre illam. Juga bouum emi, volo probare illa.* Nam non videtur cordata villicatura aliquid coemere ad visum, nisi præcedat meriti experimentum, hoc profectò foret prospicere potius ad emolumentum visus, quam ad prævisum emolumentum. Alter autem quia humile bubuli officium pro exaltatione haud idoneum, satis elevabatur ad altum. Et prorsus uterque erravit, primus, quia coëmit non visâ, & alter improbata, & denique alteruter in periculo versatur perdendi, quod pro emptis dedit, & amittendi quod absens in convivio non accepit. Quid ergo inde? Maximum planè malum, nam incertitudo temporalis curæ, non solum habet pessimi, aliquando laborare inaniter, in eo quod præ manibus habetur, ut ante oculos versatur, sed compedes voluntati, & manibus imponuntur, ut alibi amittat mercator, quod poterat lucrari, & hic & nunc, quod poterat lucrari, perdat. *Modo Rupertus. Homines quidam se excusaverunt, aves autem iste, que sicut non serunt, neque metunt, neque voluptatum habent studium, non se excusarunt.* Homines ergo immerși in curarum abyssu, quomodo current, aut volabunt in fragrantiam unguentorum Dei? Neque in cibi spiritualis odorem, si immerși in sensuum cogitatu, non habent usum; neque olfacere possunt quod velent, neque gustare quod placet?

*Colossus verus est civis Jerusalem Cælestis.*

**B**ernard. serm. 25. in Cant. Sanctus ille Emmanuel in terris intulit magisterium duplex cælestis, dum superna illius Jerusalem, que est Mater nostra, visibilis quadam imago, & species decoris ejus per ipsam nobis, & in ipso expressa innouit. *Salve civitas sancta, quam ipse sanctificavit sibi tabernaculum altissimus: Salve civitas Regis magni, ex qua nova & iu-*

*Idem in Apoc. lib. 11.*

*S. Paul. 1. Corinth. 7.*

*Invitare indignos, semper habet de periculo salutem alicuius contingentiâ despectus.*

*N. 17.*

*S. Bern. serm. 25. in Cant.*

*cun-*

cunda mundo miracula nullis temporibus defuere ab initio. Salve Domina gentium, Princeps provinciarum, Patriarcharum possessio, Prophetarum Mater & Apostolorum. Salve terra promissionis, qua olim fluens lac & mel suis duntaxat habitatoribus, nunc uni verso orbi remedia salutis, vita por-tuit in terris: Gloriosa enim dicta sunt de te Civitas Dei, audivimus de illa caelesti patria plurima; supra captum humanum cuncta, de structura gnalia erant sub rosa, ac silentij velamine obducta jam verò nascente justitiae sole in illo, & per illum palam est facta illius Majestas, & gloria. Sicut *Psal. 47. v. 7.* *audivimus sic vidimus in civitate Domini virtutum, in civitate Dei nostri.* *Deus fundavit eam in aeternum.* *Psal. 47. v. 7.* Hieron ubi audivit? In Pro-phetis. Ita videmus, *In Evangelio Quod est civitas virtutum.* Glossa Hebraica loco virtutum vertit exercituum, & demum in Civitate Dei nostri, id est in Ecclesia catholica, Cum autem Christus Dominus, & illius membra & corpus exercitus sanctorum, & eorum utique sit virtutum, sicut in Jerusalem florent virtutes, & beati cives perenniter, sic & in Christo, & in ejus membris aeternaliter. Est enim civitas quam Deus fundavit. Idcirco ait Cassiodo: *sola illa veraciter Dei civitas nuncupatur.* Vultis scire qualis est iste Deus qui illam fundavit? Audite Davidem in hoc *Psalmo vers. 3.* *Deus in domibus ejus cognoscetur.* Videte Angelorum palatia: In quibus tot millia Regi Regum famulantur *Seraphim* charitatis ardore accensi, ubi *Cherubim* scientiae nitent plenitudine, ubi *Throni* tanta eminentes dignitate, ut in eis Dominus pro tribunali, ut per eos judicia sua decernat. *Dominationes*, quia super caeteros acceperunt dominium; *Principatus*, quia principantur alijs sibi subjectis; *Potestates*, quia potentatus sublimitate praeminent; *Virtutes* quae aereas arcent potestates, ne deficiant, prout volunt in homines, *Archangeli*, qui summa divina voluntatis caeteris sentiant arcana; *Spirituum Ordines*, summa perfruuntur beatitudine, ac perpetus, in illa sancta civitate, felicitate. In ijs enim domibus, quam magnus sit architectus noscitur, nam cum gigantea sunt membra, quod illorum caput sit Gigas, clare vident cunctorum lamina *Cassiod.* *Cognoscetur Dominus in domibus, id est in membris suis sanctissimis virtus sua, & potentia sua declarabitur, quando in Ecclesia beatos veros, ipso largiente, illi offerre monstrabitur.* Nonne B. V. Domus Dei est aurora, & tam munda, ut nil de pulverulenta, aut manus infectione, in ea inveniat

*Psal. 47. v. 7.*  
*audivimus sic vidimus in civitate Domini virtutum, in civitate Dei nostri.*  
*Deus fundavit eam in aeternum.*  
*Psal. 47. v. 7.*  
 Male concordat, quod Dei sit Civitas, & quod illuc ingredi posse presument cives, qui non sunt Dei.

*Psal. 47. v. 7.* *audivimus sic vidimus in civitate Domini virtutum, in civitate Dei nostri.* *Deus fundavit eam in aeternum.* *Psal. 47. v. 7.* Hieron ubi audivit? In Pro-phetis. Ita videmus, *In Evangelio Quod est civitas virtutum.* Glossa Hebraica loco virtutum vertit exercituum, & demum in Civitate Dei nostri, id est in Ecclesia catholica, Cum autem Christus Dominus, & illius membra & corpus exercitus sanctorum, & eorum utique sit virtutum, sicut in Jerusalem florent virtutes, & beati cives perenniter, sic & in Christo, & in ejus membris aeternaliter. Est enim civitas quam Deus fundavit. Idcirco ait Cassiodo: *sola illa veraciter Dei civitas nuncupatur.* Vultis scire qualis est iste Deus qui illam fundavit? Audite Davidem in hoc *Psalmo vers. 3.* *Deus in domibus ejus cognoscetur.* Videte Angelorum palatia: In quibus tot millia Regi Regum famulantur *Seraphim* charitatis ardore accensi, ubi *Cherubim* scientiae nitent plenitudine, ubi *Throni* tanta eminentes dignitate, ut in eis Dominus pro tribunali, ut per eos judicia sua decernat. *Dominationes*, quia super caeteros acceperunt dominium; *Principatus*, quia principantur alijs sibi subjectis; *Potestates*, quia potentatus sublimitate praeminent; *Virtutes* quae aereas arcent potestates, ne deficiant, prout volunt in homines, *Archangeli*, qui summa divina voluntatis caeteris sentiant arcana; *Spirituum Ordines*, summa perfruuntur beatitudine, ac perpetus, in illa sancta civitate, felicitate. In ijs enim domibus, quam magnus sit architectus noscitur, nam cum gigantea sunt membra, quod illorum caput sit Gigas, clare vident cunctorum lamina *Cassiod.* *Cognoscetur Dominus in domibus, id est in membris suis sanctissimis virtus sua, & potentia sua declarabitur, quando in Ecclesia beatos veros, ipso largiente, illi offerre monstrabitur.* Nonne B. V. Domus Dei est aurora, & tam munda, ut nil de pulverulenta, aut manus infectione, in ea inveniat

niatur vitiati metalli scoria. Adjunge & Apostolorum domicilia, quæ sunt cælorum ornamenta, novi testamenti laquearia, ubi recondita manent, fides pretiosa virtutum, ac fructuosa præiositatis vina. Cruenta, *Cælestis civi-* Beatorum martyria, rubentia utique vulnera, è quorum purpureis rimis, *tatis gaudia* constantiam in fide personant, ac vulgant Dei, & veræ fidei præconia, *depinguntur,* Percurre necnon sanctorum Doctorum, ac Sanctorum Confessorum ha- *& gloriosa* bitacula, ubi numerosam, in agendo, dicendo, & scribendo invenies *Sanctorum* bibliothecam, scientiæ Dei, & veræ sapientiæ opera. Declina modi- *civium me-* cum hinc ad illibata, Virginum & Castimoniæ claustra, aut casti pudoris *rita.* Aulam, affabrè instructa, vel potius coinquinata nusquam castella, nec vi armorum capta, quorum inaccessibiles portæ, cuicumq; aditum intercludunt in vafori, ac invasioni. Et demùm, vide nobilissima, omnium justorum tentoria, propriè pastorum tabernacula, ubi non quiescunt Pastores soli, sed & suarum ovium infinitus numerus, quorum doctrina lactatæ, & pingui fidei pabulo nutritæ, confortes fieri meruerunt gloriæ, ac supernæ fruitionis participes, Concives fore, ac perpetuò hæredes. Ista namq; omnia reperiuntur in illa civitate cælesti, Ecclesia utique triumphante, & prius in militante, horumq; omnium, perfectissima extat in Deo, originalis imago, & cum majori meriti perfectione, nã si hæc cuncta per ipsum facta sunt, & sunt valde bona, cur Deus, quia illa fecit, non debet prædicari, melior ipsis? Omnino, perfectior est in cunctis, & superior universis. Gratias ergo immortales nostro Creatori, & Redemptori agamus, quia per sanctissimæ ejus incarnationem, nobis innotuit nostræ salutis prætium, & qui latebat pro homine, homo factus, è Virgine conceptus, misericordiæ thesaurus, & supernæ felicitatis auspiciam contulit, & hospitium. In cujus congratulatione, Bernardi mellifui sequentes vestigia, expectationis, & veræ spei induamus alas, & bonorum operum pennas, ut ad æterna possimus citius, largiente Jesu, pervenire gaudia.

*Colossus non sibi soli est liberalis, sed & munificus cæteris.*

**C**Anti Introduxit me Rex in Cellaria sua, exultabimus, & letabimur. Sic *N. 18.* ait *serm. 23. in Cant. Sola introducta, sed soli non proderit, vestrum om-* *S. Bern. serm. 23. in Cant.* nium est, omnis meus profectus. Sola ingreditur, sed suis non ista displicebit solitudo, utilis introitus ad Regum aulas, quando profectus intrantis, devolvitur ad populorum, & Civium interesse. Hujus enim habemus experimentum in Sole, qui licet sit solus, non sibi soli splendet, sed diei, & omnibus nobis lucet, & in ejus exaltatione, magis. Quando enim e-

*So amantes,  
& alios despi-  
cientes, pa-  
rum apud De-  
um, neque a-  
pud homines  
lucent.  
Gen. cap. 27.  
n. 10.*

*Hugo Card.  
super Cant.  
cap. 1.*

jus evenit exaltatio? Vtique in meridie quidem ferventius ardet, & ardentius fervet, non sibi soli, sed omnibus, & creaturis singulis. Modicus enim videtur, & parvus, qui de illo, quod accepit gratis, participare generose nescit. Præsertim cum id quod ab auctore datur naturæ, non donatur, ut celetur, sed ut luceant opera bona coram hominibus, & inde gloria quotidie nostro Creatori detur. Quoniam verò aliqui non multum curant hanc excolere politicam, & sibi vellent terræ cuncta, & arida pro alijs ossa, morte moriuntur infausta, aut periculosa, ac despicabili vivunt vita. Rex enim Achis fugienti Davidi à facie Saul, assignavit ei pro incolatu Civitatem *Sichelech*, ibi enim David varias in vicinio fecit strages, prædis, & prodigijs valde intentus, atque ore gladij plurimos utriusque interemit sexus. *Gen. cap. 27. n. 10.* Quadam autem die interrogavit eum Rex Achis: *In quam irruisti hodie?* Cui David respondit: *Contra meridiem Judæ, & contra meridiem Jeremeel, & contra meridiem Ceni.* Quomodo sic? Omnes ictus contra meridiem, & nulla irruptio contra occidentem, neque contra septentrionem, neque contra solis orientem? Nulla. Quid Mysterij in hac hostili involvitur excursionem? Tam mala est meridies, & debet tam multa pati, & aliæ mundi plagæ ab hostiæ flagello debent manere immunes? Omnino. Pulchrè *Hugo Card. super Cant. cap. 1.* Meridiei Etymologiam descripsit. Triplex enim reperitur meridies. *Prima est meridies, id est merens dies, aut merens, & quia in ea maremus propter peccata (à Dæmonio fortè meridiano suggesta) & meremur, virtutum incrementa. Secunda meridies, id est, media dies, quia claritas ejus adhuc non est plena, plenior tamen prima, sed minus clara, quam tertia. Tertia meridies dicitur quasi merus dies, quia clarior est cæteris, nihil habens obscuritatis, aut imperfectionis.* Ut quid ergo David contra meridiem vertit vindictam, seu furoris arma, paucis parcens vitam? Illi, qui merent culpas, & simul merentur virtutum incrementa, boni sunt; & hi sunt *Judæ*, amici, quia interpretatur confessio. *Jeremeel* autem interpretatur misericordia, ergo irruit David in misericordes, cum isti sint clari, & præclari sicuti lux, quæ in meridie lucet? *Ceni* autem interpretatur nidus, aut ærarium, & hi quidem clarissimi planè sunt, mera utique claritas, & in agendo veritas, ad solis nidificantes splendor, in quibus thesaurus, & ærarium conservatur lucis. Quid ergo irruit contra meridiem? Invadat potiùs occidentis plagam, quæ luminaris majoris est sepultura, obscuræ noctis pedisequa: seu



seu Aquilonarem nimbosam, & nivosa nutricem auræ, omnis malitiæ Matrem; aut contra orientalem, nimis austerè incolas denigrantem; & capitis dolores cunctis sæve inducentem. Tamen contra meridiem irruit. Cujus? *Juda*, quia confitens agit pro suis expiandis peccatis, non autem alienis, & hoc est contra naturalem Solis cursum, & contra stylum benignum nostri Conditoris, *Quis solem suum oriri facit super bonos, & malos.* Et contra meridiem *Jeremeel* qui interpretatur *Misericordia*, & ista dimidiata, seu in meridie facta, & exorta necessitate neglecta, seu egestate interveniente summa, permittere, ut meridiei ob ferventis lucis, & luminosæ pereat charitatis gratia, nimia videtur crudelitas, & sibi lucere diu, & in meridie se tractare splendidè, & alios parcè, & in jentaculo, merenda, aut cæna, videlicet manè, & vespere sibi soli providere, & alios relinquere, ut tota die jejument, & maneat in indigentia tenebris, & absque ulla pietatis luce, nefas. In his utique irruit David, & meritò. Nam agunt contra rationis lucem, & contra justitiæ solem, ejus S. doctrinæ adversantes: Ipse enim dixit: *Estote misericordes, sicut & Pater vester misericors est.* S. *Luce cap. 6.* Et contra meridiem *Ceni*, qui interpretatur *avaritum*, quia ærarium non est pro uno solo, sed, ut convertatur in publici bonum, ergo, qui sibi solis appropriant, quod in conscientia errore versentur, ipsa luce meridiana est clarius. Ergo contra ista damonia meridiana irruat David, quia bene merentur, qui tanta lucis ratione, tantaq; mentis laborant intellectu caligine. Audi quid dicit S. *Thom.*

*12. q. 17. a. 5. ad 2. Quodlibet membrum operatur non sibi soli, sed toti corpori, ut oculus videt toti corpori, ita etiam in potentijs anima, nam intelligit non solum sibi, & voluntas vult non solum sibi, sed omnibus potentijs.*

*Colossus scit favere omnibus, præsertim conterraneis.*

**B**ern. in Cant. 1. super illis verbis *Filij Matris mea pugnaverunt &c.* sic ait: *Profecto id expressus plangit, quod & sentit differentius.* Contumeliosa nimis, quæ in passionis Sacramento Christo venerunt, sed proprijs torqueri magis sensibile. Incidit in hunc sensum *Tostatus q. 3. in Jud. 9.* Achimelech à domesticis trucidatum. De ipsius verba: *Misererrimum est ab eo occidi, à quo quis invocandus est.* Idcirco sponsa ait, ut discreta, *Cant. cap. 2. Sub umbra illius, quem desideraveram sedi, & fructus ejus dulcis gutturi meo.* O felix sessio, è qua fructus pender, non solum ad contentum, sed ad desideratum esurientis, ac sitientis solatium, verum

*Qui agunt contra solem, raro eius non obcæatur, ab eius vindice radiorum splendore.*

*S. Luca 6. 6.*

*S. Thom. 12. q. 17. a. 5. ad 2.*

*N. 19.*

*S. Bern. in Cant.*

*Tostat. q. 3. in Jud. 9.*

*Cant. cap. 2.*

felicior fessor, qui in arboris umbra invenit, contra urentem æstum, umbraculum, & pro solando gustu, aut palato, refrigerium: ut in utroque adjutus, contra hostiles subsistere valeat incurtus. Quod si umbra, corporis humani pedisequa, & focia, esset tibi contraria, falsaque vicina, quid sentiret? Et si in fructu, qui à Deo est creatus, ut vivificata sit alimentum, expertus fuisset in ipso toxicum, quid diceret de inhumanitate illius? Absalon enim fratrem suum Amon interfecit convivando 2.

2. Reg. ca. 13.

Reg. cap. 13. Et cum ex eo debuisset ob sanguinis similitudinem frater-nus splendere amor, transiit præ crudelitate in livorem: quod enim hostis communis alterius non parcat sanguini, non est mirum, quia nec generat, nec generatur, sed in illis, qui jure propinquitatis, cum simili-tudo sit causa amoris tyranicè agunt, sceleratum quid videtur. Nul-lum pejus animal, quam milvus, quia crudelius agit contra domesticos, seu pisces, quia ex eadem progenie seipsum adinvicem vorant: quod enim lupus voret mansuetam ovem, non mirandum, quia ex innocenti trahit originem sanguine, sed quod lupus voret lupum, & homo homi-nem, videtur contra naturam, & dolenter habet ipsa patientia: idcirco

*Qui proprio non parcat sanguini, plane agit, ut barbarus, atq; ipsismet belluis crudelior.*

*Glossa super caput 10. S. Matth. ait: Minorem dolorem ingerunt mala, que ab extraneis, majorem, que ab alijs patimur. Quando Christus Dominus locutus fuit cum Apostolis, iisdem annuntians tribulationum tempora, ait S. Matth: cap. 10. Tradet autem frater fratrem in mortem, & Pater filium, & insurgent filij in Parentes. Idcirco ait Chrysostomus: Cain interfecit fratrem, ecce fortior est consilio inimici, quam virtus natura: & alio in loco: si natura defuit amicitia, quomodo invenietur extra naturam?*

*Jud. cap. 3. n. 8. dicitur sic: Iratus contra Israël Dominus tradidit eos in manus Chusam Retarhein Regis Mesopotamia. Et quid contra illos egit? Hebræi dicunt fecisse venales. Planè crudelis pœna, corpus utique libertate privare, & animam Religionem, & magis commoda? Imo pro pœna Hebræorum non poterat studio esse magis idonea. Quare? Quia inde suam ducebant stemma, & ubi eorum Progenitores descenderant, & ubi Rebeca erat nata, è cujus prosapia suam probabant descendenti-am. Casetanus: Aram cruciatus est, in qua peregrinatus est Jacob, unde orta est Rebecca. Proh dolor! Ibi est illorum origo, & Patria, & hæc non faver. Ubi ergo vestra floret affinitas? Et nõ juvat? Ubi vestra consanguinitas? Et vos deserit, ut gens abjecta, æstimans, ut mancipia, & ubi spe-*

rabatis

rabatis amicorum, & propinquorum solatia, egistis desperatam, & contemptibilem vitam? Ut cresceret magis doloris flamma, quo ferventiora ignitæ charitatis à vestris sperabatis subsidia. Hic enim verificatur Davidis testimonium: *Maledictus homo, qui confidit in homine.* Sed in *ly Homine*, intelligitur in proprio sanguine? Omnino, nam sicut proprius sanguis in corpore, non servat cæteris fidem membris, imo si ille corrumpitur nullum membrum ab illius est securum infectione, nec possunt se ad invicem juvare, Sic etiam in moralibus, discurrere oportet.

*1. Reg. cap. 2.* Fugiente Davide à suo hoste Saule, ad Regem Moab confugit, gratoque excipitur animo, assignat, & illi pro incolatu, quoddam bene munitum fortalitium; Quare iste Rex est ita hospitalis, & attentus? Quia Ruth Davidis cognata fuerat filia cujusdam Regis Moab. In hoc enim David suam fundavit securitatem. Quid ergo evenit? Quod Propheta Gad rogavit David, ut mutaret locum, quia ibi manere diu non videbatur tutum. Et annuit David? Quomodo? Non quidem diu fecit. Ubi est enim anchora affinitatis, in qua cõfidebat navigatio Davidis? *Abulens: apud Tercizim suspicatur David capisse Regem Moab, commoliri dolum aliquem, ad evertendum Davidem, & inopinate tradendum in manus Saulis, ut capite innocentis fugitivi, mereatur Regis amicitiam.* Ita plerumque solet contingere, nimirum, quod ubi melior putatur via, sint faeces, aut lutum in copia.

*Colossus magnus est Princeps, sed millenis expositus periculis.*

**B**ernard. *serm. 12. in Cantica.* Si labores pensantur, non affectamus honores. Qui enim honores ambit, onera multiplicat: onera enim sequuta ambientibus dignitates, licet larvata, sunt multa. Primum est, nam nullus habet officium, qui illud teneat absque onere cadendi. Hoc enim exemplificatum est in Aman. *Esther: cap. 3. & 7.* qui elevatus ad intimam Regis amicitiam, eum populus adorabat, & genua flecebat, atq; temporis decursu, ad ignominiosam fuit dampatus furcam. Et Absalon, qui à suo proclamabatur milite Rex, à Joa triplici transfigitur lancea, è propria, loco funis, suspensus capillatura. Nam hi, & alij non cogitant, quod sub dignitatis pallio, latet cadendi ex alto onus, & pro accellerando casu, quidam occultus funiculus. *Ideo S. Gregor. apud Berchor. Non est tanti honoris excelsa tenuisse, quantum meroris de excelsis corruisse.* Tanquam si diceret: istius mundi bona, dignitates, & officia transeunt de homine in hominem, sed cum onere transeunt corruendi, sicut

*N. 20.*

*S. Bernard.*

*serm. 12. in*

*Cantica.*

*Esther. cap.*

*3. & 7.*

*S. Gregor.*

*apud Ber-*

*chor.*

3. Reg. cap.  
22. n. 34.

sicut cum exaltationis honore. Nonne onus est exponere se periculo vitæ ob defensionem dignitatis, ac concrediti custodiam gregis? 3. Reg. cap. 22. n. 34. Dicitur: Quod Achab Rex Israël contra Regem pugnans Syriæ ab aliquo, sagittâ vulneratus milite, aurigæ dixit suo: *Verte manum tuam, & ejice me de exercitu, quia graviter vulneratus sum.* Et planè tam graviter, ut illomet expiraverit vespere. Dolendum planè de tam extemporaneo infortunio: fortè conflictus fuit magnus, vel Rex in periculo se posuit loco? Non fuit hoc, imò in proprio erat curru, & inter alia bellica locatus plaustra. Sed Rex Syriæ mandaverat, ut primus impetus, & vis major exercitus invaderet primò, & ante omnia currus, ut Rege Israël superato, caderet animo exercitus. Potest esse majus onus Regiæ dignitatis, cum debeat ex munere, vel pati multum,

Qui stat, videat, ne cadat, utque post casum non resurgat.

S. Matth. ca.  
5.

vel vivere parum? Ergo non est grave, continuos experiri invidiæ ictus? Gravioreſque calumniantium morsus, atque linguosæ levitatis latratus? Ista nonnè satis sunt ponderosa? Satis. Verum adjungi debent & alia. Quid non patitur libertas? Ergo non est mancipium officij, qui ritè debet suo muneri famulari? Omnino, labores sunt infiniti, & honor unicus, & solus; ergo, si ovis aberrat, non debet illam quærere, & inventam super humeros portare; & quando grex dormiverit ille vigilare? Quando sunt in Pascuis oves, Pastor aliquando esurire? Et ut illæ sint in umbra, ob eas, præ nimio æstu sudare? Et denique omnibus præire, etiam si animum non habeat ambulandi, & aliquando probabili cum dispendio salutis? S. Matth. cap. 5. comparantur Prælati lucernæ. Nemo, inquit, *Accendit lucernam, & ponit eam sub modio, sed super candelabrum, ut luceat, omnibus, qui in domo sunt.* Sivè enim nutriatur oleo lucerna, sive cera, sevo, aut resina, hæc omnia consumuntur paulatim, usquedum candela extingvitur, & ex illis, quibus lucet, nemo moritur, imò si lucerna non splendet prout volunt spectatores, emunctorio forficis loco, ut luceat meliùs, vi adstringunt. Ergo tunc prælatus, ut lucerna lucebit, cum ut luceat alijs, se extenuaverit, & usque ad defitionem consumpserit, & si lentè, aut tepidè splenderit, quicumque lingua emunctorio, ipsum circumcidere possit. Magnus planè honor, qui à sordida potest emungi manu, aut quocunq; petulanti impulsu, coactus, ut lucerna se consumat, ne tota maneat in obscuris domus, & ne incolæ sibi frangant collum, aut caput. Nonne ista gravissima sunt onera? Quis ambigat? Dabo alia memoratæ lucernæ luce clariora. Estne na-  
tus

tus Princeps fons? Non. Cur ergo debent petere ab illo affluenter gratiarum aquas, si turbant illas aliquot vasalli, fœculenta vita, & ingratitude summa? Estne pons, ut per illum dent passus ad suam promovendam fortunam? Est. Cur autem debent pertransire, & aliquando rebeli voluntate, & incircumcisa mente, Sacratissima ejus conculcare decreta? Onerosa planè dignitas, quæ cogitur indignæ cedere ingratitude, & subesse crebro subditorum murmuri; Christi Domini Prælatura, cujus vires agit humana, aliter fuit à SS. Magis exulta, præter summam reverentiam, ei tanquam majori exhibitam, obtulerunt ei aurum, thus, & myrrham. Videlicet aurum purum, thus verum, & perfectissimam Myrrham; Modò verò forrè aurum inanium verborum falsum, & thus potius sylvestre, redolens ad malæ intentionis picem, aut resinam, quam ad fragrantia sanæ sinceritatis aromata: sola enim Myrrha utrobique manet in suo vigore, quia cum sit ad mortificandum, non solum illam Christo propinamus in haustu, sed & in amaro crucis, & mortis patibulo: Et superioribus, quando? Quando placet discolis, aut dentatis, detraكتورum, luridisque labijs: verum maximum, & super omnia onera, onus, est onus conscientia. Idcirco ait David *Psal. 37. Quoniam iniquitates meae supergressæ sunt caput meum, & sicut onus gravi gravatæ sunt super me.* Non dicit super oculos, labia, manus, aut pedes, cum & hæc ad malum sint satis proclivia. Quid vult dicere in ly *Supergressæ caput?* Cassiodorus: *Iniquitates nostræ elevant se super caput nostrum, quando Cassiodorus, amplius cumulat, quam ratio, qua est caput mentis, sufferre valeat: Qui præest quam si iniquitas oppresserit, illa protinus victa succumbit.* Omnia enim alijs cautè peccata gravia, mentis superant vires, quia pugnant contra rationem, agat in cunctis, ne pro-intellectus imperat, sed quod appetitus avidè amat, sed cum cumulus proprijs, seu peccatorum est major, in tantum crescit in altum, quod conscientia gravatur crimine, usquedum victa mens debeat succumbi & quando crescit alienis malis, iste cumulus. Nò utiq; ex proprijs culpis, sed alienis. Omnia reipublicæ noxia veniunt super caput Principis, si parcit, quia debebat punire; si punit, quia tenebatur parcere; si dissimulat, quia debebat non connivere; si connivet, quia non debebat dissimulare, quapropter duplex debet subire conscientia onus, unum ob malum à se commissum, & aliud ob bonum in proprijs subditis neglectum. Et quare neglectum? Et quare onus est grave? Hieron: *Quia non est leve onus peccati, sed omnibus debet esse grave,*

ve, quia omnibus iudicij grave onus imponit. Quomodo verò si onus conscientiae est tam grave non sentitur, imò majores peccatores maxi-

Hugo Card.

mas comittunt levitates? Hugo Card. Quia vel sunt mortui, aut ebrj, seu furiosi. Ergo oprime ait Bern: quod, qui honores ambiunt, sub officij onere planè gemere satis experientur. Imperfectus hom. 2. super cap. 2.

Imperfect.

hom. 2. sup. c.

2. Matth.

S. Matth. Semper enim grandis potestas, majori timori subiecta est, sicut enim rami arborum in excelsis positorum, etiamsi levis aura flaverit, moventur, sic & sublimes homines, etiam levis nuntij fama conturbat. Colossus severus extat Dei causa vindex, & contra superbos agens.

N. 21.

S. Bern. Epist.

272. ad Eu-

genium Pa-

pam.

Bernard. Ep. 272. ad Eugenium Papam suum discipulum, quando fuit Summus Pontifex electus, ait: Attendo celsitudinem, & è vicino periculum reformido, altiorem locum sortitus es, non intuiorem, sublimiorem, non securiorem, Terribilis prorsus, terribilis est locus iste. Securius est, incessum in planitie quaerere, quam vertiginem in alto pati; ubi periculum maximum est, quia in cacumine venti sunt fortiores, & casus quasi inevitabiles. Jud. cap. 15. Cur Samsonis socer consortem alteri injustè mutuavit?

Jud. cap. 15.

Quia putavit odisse illam. Male putavit, & ista absurda putatio, imputabitur ipsi ad vitae amputationem. Quid ergo evenit? Quod & socerum, & ejus filia confestim ultricibus tradiderunt flammis, Philistini, Igni? Cur non jugulo, aut suspendio? Cur non Sagittæ, aut globo? Ratio videtur clara. Duplex adverterunt Philistini in Socero Samsonis, & soceri filia incendium, in ista, carnis, quia alteri data à Patre, bene id habuisse videtur, quia non restitit, & in socero iræ incendium, quod potuit extinguere, sed neglexit, ex duplici autem incendio, maximus ascendit fumus, & iste utique alta petit, ut superbus, sed penè est in altis, cum ventus hinc inde vi sua dispergit, seu ad ima descendere cogit, idcirco hoc duplex, liberæ utriusque mentis, atque incautæ voluntatis incendium, æqua lance solvatur, & veneris, ac iræ calor, alio justitiæ calore, fumus fumo, & incendium, incendio pensetur, ne putet fumus superbiæ, qui semper, & tam altè ascendit, quod in altis ab alio majori diviniæ, aut humanæ vindictæ erit aliquando liber, igne. Quod quidem validius, roborari nitor, eo quod Samson vindex in Philisteos ob patratum Soceri, & propriæ uxoris delirium, vindicare poterat ense, aut lancea, siquidem ad id perficiendum, robustis à Deo erat dotatus viribus. Et sicuti in maxilla Asinimille potuit occidere viros, poterat paulatim illa, vel alia equina, aut bovina mandibula, residuos hostes tollere è vita: tamen hoc non præsumpsit.

Dum Divinus exardet zelus, nil ad compe-scendum homines, est efficacius.

sumpsit. Quid ergo fecit? cepit utique trecentas vulpes. Bonus plane venator? Quomodo tot, & tam citò tentas? Ubi illas invenit? In campo vicino; ò si venisset nunc Samson in mundum, quomodo plures, & mansuetas, capere poterat ad votum. Et quid postea resolvit? Nempe ligare stramen ad illarum caudas, & ad faces imponere ignem, & permittere currere, ut segetes incendissent, sicuti postea evenit. Ecce quomodo superbas Samson in uxore, adulterini amoris, & in improvido socero scintillas, majoribus vindicavit flammis, & præsumptionis utriusque *Qui putat se multum scire, operibus curet se explicare.* fumos, serpentis ignis, maximis, ultionisque inauditæ, fumis: ad lachrymas excitantibus præ dolore, & ad humiliandas illorum, qui putant se alta sapere, absque Deo, & ratione mentes. *Putavi.* Malè putasti ò abjecte socer? Et denique pessimè tui imitatores putant, superbè in alios agere, & quod nunquam, contra illos invenientur, jure retorsionis vulpes, & etiam Samsones vindices. Quid est quod David ait, *Quoniam excelsus Dominus, & humiliare respicit, & alta à longè cognoscit? Psal. 137.* Ergo Deus perspicaci supernæ mentis oculo respicit humiles, quasi haberet propè, & penès se, & superbos, menteque elatos noscit procul, & longè à se. Tanquam si dixisset: superbi multùm sibi, & plurima de se imaginantur, putantes se Divis pares, sed quo altiùs sua volant imaginatione, plus se elongant à meta, aut centro humilitatis, quam docui, & affectavi, ut homo: *Discite a me quia humilis sum corde.* Sed optimè illos nosco, & quod in suo conceptu se putant maximos, sed in meo computantur inter non amicos. Quare? Quia aspicio illos, & nosco à longè, non quia non nosco tanquam si essent propè, sed non merentur, mihi proximari, sat erit pro pæna, ut illos à longè noscam. Quid inde? Multùm. Quia sicut in humanis illud, quod longè aspicitur etiam si sit magnum, apparet parvulum, & etiam si sit quasi Gigas, pigmæa apparet statura, ita in conspectu, & oculis Dei, ita abjectè videntur superbi, ut quo magis se altè extollant, minùs in appretiatione æstimentur divina, corruentes ex illa altitudine stulta, ad profunda divinæ displicentiæ ima. *Cassiodor: Alta, superba significat, que ideo longè cognoscit, quoniam ejus gratia maxime proximantur, & nè putarent superbi, quia alti sunt, se Deum non videre, ait, cognoscit.* Debeo laudare illam legem Moylis *Levit. cap. 5.* *Cassiodor: Levit. cap. 5.* in qua jubebat, ut pro silentio veritatis, immunditia, errore, juramento, sacrorum abusu, atque ignominia, singulares offerrent hostias. *Quales?*

*Sacrificium* les? Vel agnam, vel capram, & in harum defectu duos turtures, aut duos pullos columbarum: sed si aliquis habuisset ista quatuor animalia, quale ex illis sacrificasset Deo libentius, & quod Deo foret acceptabilius? Fortiter erit ovis, quia est mansueta, & utilior pro spirituali oeconomia, nam ista est melior, quo fructuosior, & majores debent, aut expectari proventus remunerationis à Deo possunt, quo gratius est ei, id quod offertur. Ego tamen non eligerem hanc. Quid ergo? Capram? Minimè, nam licet sit pro fructu, fatet nimis multum, & est clamosa, non parcat teneris arbusculis, imò illas reddit steriles, neque ego hoc offerrem, quia Deus non amat vitia, & capra habet non pauca. Forte aliquis eligeret sibi turturem? Sed ego nequaquam, quia licet sit avis mansueta, & amet castimoniam, est animal melancholicum, & semper gembundum, & Dominus Deus hilares diligit datores, ergo ego mihi eligerem columbam, quia licet sit avis, quæ parum amet suos juvenes, neque quod ab illis accipiant aucupes, parum curent, sunt amabiles, & innocentia, & sinceritatis cultrices: interim tamen, cum unum offerre debeam pro peccato, cogor juxta mandatum Moyſis ipsi retorquere collum, & non sufficit retorquere, sed ipsismet pennis supponere. Quare sub pennis? Quia est inter altitia, quæ libenter in alto nidificat, & parum superba, quia non ex omni grano comedit, imò, quæ non sunt nobilia, rejicit, ergo si tam alte volat, & tam superbè se tractat, frangatur ipsi collum, per quem intrat cibus, & sub pennis sacrificetur, ut in ipsis pennis, pœnam inveniatur tantæ elationis, & pro semper sepeliatur illius præsumptio, & non tam alte nidificare addiscat imposterum: Nam Deus superbis resistit: præsertim cum in altis positi, sacris abutuntur dignitatis alis, neque putantes se ibidem summis expositas cadendi fore periculis. Imò *Job. c. 6.* qui securus debebat esse ab amicis, ab illis fuit exasperatus, & de dæmone non tantum, quantum de ipsis conquestus. *S. Thomas Aquinas: Molestissimum est ab inimicis inique tractari.*

*Job. cap. 6.*

*N. 18.  
S. Bern. serm.  
3. in Ps. Qui  
habitat.*

*Colossus valde in timore Dei est versatus.*  
**B**ernard serm 3 in Psal. *Qui habitat*: Sic ait: *O homo laqueos non times, timo vel malleum.* Timor Dei valde refrenat, sed ubi est? laqueos timere? Astuta illos non timent aviculæ; malleum? Optimè se sciunt custodire ab eo fabri. Et Malleatorem? Pariter illum non metunt, qui confidunt in virtute sua, & in multitudine divitiarum suarum gloriantur. Desperata planè improborum temeritas! verificatur enim quod



quod ait *Eccles. cap. 8. v. 11. Absque timore ullo filij hominum.* Cur, ait im- *Eccles. cap. 8. v. 11.*  
 pius, volo ego timere? Timor enim facit homines quasi insensatos: nam  
 obmutescit timidus, horrorq; alterat sanguinem, turbatur visus, supervenit tremor, palpitat cor præ angustijs, obrigent in corpore artus, invadit quasi mortis sudor, pallefcit in genis color, eriguntur capilli præ pavore in altum, & denique præ stupore, manet homo, ut durus lapis, seu sui ipsius factus stupor. Ut quid enim debeo ego (ait impius) Deum timere, si factus timidus tanta cogor pati? Minus namque malum videtur torqueri semel, quam semper pusillanimitatis ictibus concuti. Sed attende tibi, improbe, quia qui Deum non timet, in cunctis agit desperatè, & qui desperatè agit, non procul est ab inferi portis. Sub velamine enim divini silentij, postremo laret rauca quidem, licèt cunctos expavescens tuba judicij. Hanc, neque hunc diem times? Non. Ergo desperatè agis, novissimam tui non reformidans perniciem. Id ipsum fortè cogitabat ille iniquus Barrabas Larro pendens in patibulo, nam audiens à socio ejus ad penitentiam converso *S. Luca cap. 23. Neque tu times Deum,*  
*qui in eadem damnatione es.* Obmutescis? Loquere? Responde? Os habes liberum, licèt ligatus sis manibus, sicuti & ego, moveas saltim labia, cum pedes movere non potes in vinculis, si eras antea tam versatus in furtis, quomodo nunc tam hebes? Si ante hac olfaciebas opes, me, & omnes tunc ad furandum apponebas vires; si aliquem thesaurum, omnes convocabas a vide ad rapinam sensus, & nunc files tanquam stupidus? Tuum exerce antiquum officium: excitare, ingenium acue, non olfacis penes te thesaurum? Non. Etego optimè. Ecce penes nos magnum habemus præ oculis thesaurum, adhuc non in cælis, quia ibi non possunt appropinquare fures, sed in terris, & in cruce, ubi nos sumus eidem propinquiores. Qualem? Non vides penes te Mundi Salvatorem? Audi quid *S. Paulus ait ad Colos. cap. 1. In quo sunt omnes thesauri sapientia, & scientia Dei.* Ergo incipiamus furari aliquid de isto thesauro sapientia, nam primùm quod inveniemus, est aliquid de Dei timore. *Initium Sapientia Timor Domini.* Non vis? Non. Sine me, ego pro utroque furabor, & de præda faciam te conscium, & ex hoc furto tibi aliquid dabo. Jam amice meam habeo timoris partem, & hic habeo tuam. *Neque times Deum.* Deum tu etiam time, & illam, & ipsum habes. Ingeniosè planè *S. Greg. S. Greg. Niss. Niss. orat. in 40. Mart. Adverit acutus, & ingeniosus fur thesaurum.* Sic est: orat. in 40. & cum illa parte, quæ fuit de Dei timore furatus, addidit panitere de Mart.

lucro reatu, & simul Deum habere propitium, & iudicem ante offensum, pro sua parte benignum, declarando illum illicò dignum cœlesti regno. *Hodie mecum eris in Paradiso*, & alterum furem desperatum, & non timendum Deum, meritò ad Abyssus infernalis traheres pro semper desperati, & nolentes timere Deum; non credentes futurum iudicem, neque unquam venturum tempus, in quo male, & impiæ viræ Deo debent rationem reddere, & computum. Et de illis flebiliter loquebatur

*S. Hieron. ep. ad Amicum.* Ecce, inquit, *Pauci sunt, qui Dei mandata custodiunt, quia pauci sunt, qui Dei credant iudicium.* Nusquam iste S. Doctor clarior, neque usquam profus verior. Qualem Cain habuit finem quia desperatus? Qualem Pharaon quia obstinatus durus? Et qualem omnes illi, quia absque Dei timore vivunt? Illam fortè maledictionem

*Deut. cap. 28.* Moysis, *Deut. cap. 28. Sit cœlum, quod supra te est æneum, & terra quam tuam calcas, ferrea.* Quasi diceret cordis iniqui durities est tanta, quod ex ea non est speranda aliqua virtutum pluvia, neque quod fructus pœnitentiæ ferat, quia est quasi æs durum, & aridum, ac infructuosum, sicuti ferrum. Ergo par pari referri videtur iustum. Cœlum sub quo militant non curant, & terram, è qua comedunt, & è qua sunt facti, conculcant, & quod ab ipsismet puniri posse, non reformidant. Ergo in pœnam absque Dei timore peccantis cœlum sit æneum, nè super illos aliqua gratiæ pluvia, & terra ferrea, nè illis amplius dispenset sicuti antehac alimenta: quia sit timentes præ fame amittere vitam, timebunt cœlum iratum, & offensam terram, debebunt à Deo petere misericordiam, & agere, ut illam obtineant pœnitentiam.

*Colossus sedulus extat humane miserie mediator.*

*N. 19.*  
*S. Bern. serm. de verbis Apostoli.*  
*Job, cap. 10.*

**B**ernard. serm. de verbis Apostoli. *Semper morientur ad vitam, & semper vivunt ad mortem.* Reprobi utique vivunt moriendo, & moriuntur vivendo. Penè nascitur infans, & in primo hujus lucis gressu, incipit vae, vel fletus, quia prælagit sibi fore ad mortem damnatus *Job. cap. 10. Quare de vulva eduuxisti me? Utinam consumptus essem, ne oculus me videret.* Neque enim desidero me videre, neque videri, nam utrumque erit mors, videre utique, quia tot quòt video in multis calamitates, tot puro mihi, sicuti & alijs obventuras mortes. Ipsiismet respirare, videtur mihi expirare, video me nasci ad agonem, & hoc idem est ac agonizare. Nec videri cupio, quia informis orior, nudus nascor, ab eremi u-

tero inclusus egredior, sanguineo involutus sacco, si ab obstetrice tangor, ploro: Si ambulare volo, nequeo: si videre opto, cæcutio: si me movere, non valeo; si loqui, ad linguam impositum reperio frænum; si audire, absurdesco: si olfacere, obstrufos invenio meatus: si manibus laborare, sum undique vinctus: si volo intelligere, dicunt non fore in usu: si velle cupio, dicunt non fore de tempore; si recordari, est opus temporis porrigere memoriale. Ergo cum vivere incipio, incipio mori, nam potest major dari mors, quam habere sensus, & non sentire, nasci rationale, & non rationari; habere potentias, & non posse: quod sit homo vivus, & quasi mortuus, atque sensibilis, & quasi insensatus? Deinde crescit homo. Quid inde? Crescunt pariter & miseriæ. Incipit grandescere concupiscentia in oculis, in appetitu libido, in iracundo livor, in superbo status, in corde dolus, in lingua lapsus, & relapsus, in manibus tepor, in pedibus otium, & tandem in corde ambitionis cogitatus, & mente iudicium temerarium. Ergo estne hoc vivere? Imò mori, & duplici privari vita videlicet gratiæ, quia sic agens est in Dei disgratia, & vita gloriæ, quia ut inglorius in cunctis agit peccatrix, & paupercula anima. Quid ultra? Ergo non te invadit futurorum timor, scandali causati rumor, & tuæ conscientiæ, te accusantis tremor? Quid est nutans hominis animus, nisi quoddam minans undique, & ubique ruinæ ædificium? Et quid est nisi in fieri mors, quantum mortales patiuntur? Nonne morbi exasperant? Nonne vires debilitant, & peccantes humores, in habitant? Nonne æstus exsiccant, adversa fortuna excruciat, vicissitudines rerum te contristant? Procul dubio, nam sæpe numero tædet te vivere, & istud vitæ tædium, morte videtur crudelius, nam hæc interveniente expirant cum illa labores, verum cum laboriosa est vita; eo pæna videtur sèrior, quia productior, & pedisequa mors tam mæsto comitatu crudelior. Idcirco aliquis dixit factus è patria exul: Infelix ego! me ipsum quodammodo in monumentum infero: aut enim præ dolore miseram finiam vitam: aut si petero diutius superesse, longam mortem perpetiar, ergo non est ipsa morte durior humanæ vitæ incertitudo? Audi quid dicit *Esai: cap. 38. Precisa est velut à texente vita mea.* *Esai: cap. 38.* Quando enim Textor Succidit in textura filium? Quando ipsi placet, in ipsius est positum libertate, integra permittere fila, seu illa dividere in partes, absque fili, ad aliquem, appellatione. Sic enim incerta, debilis & fragilis vita est hominis, innumerâsque illius miseriâs considerans S.

Aug.

*S. Aug. de o- rig. sup. illa verba Jaco- bi 4.* *Aug. de Orig. super illa verba Jacobi 4.* *Que autem est vita nostra, sic ait :* *Vitam hanc dubiam, vitam erummosam, hanc dolores exterminant, hono- res desinant, et ara morbidant, esca inflant, res una macerant, jocos solvunt tristitie consumunt, sollicitudo coarctat, securitas habet at, divitia jactant, paupertas dejicit, juvenus extollit, senectus incurvat, infirmitas frangit, maror deprimis, et post hac omnia : mors interficit, qua ita universis finem*

*Eccles. c. 39.*

*Que sunt ne- cessaria ad vitam homi- nis recte in- stituendam apud Salo- monem inve- nias.*

humanæ filium, quod ad sunt acutis forficibus, in armis? Et denique nul- la dies absque linea, in qua non dentur passus versus sepulturam. Hoc enim omnibus est commune, sed aliter. Nam justi, vivi moriuntur. Justi vivi etiam moriuntur mundo, sæculo, & omni vicio, sed vivunt cælo, vi- vunt virtuti, vivunt Deo, verum improbi vivunt vitio, vivunt carni, & mundo, Deo enim & cælo moriuntur. Quid ergo agendum illi, qui vult diu vivere bene, & vivendo nunquam Deo mori? Quid utique ait *Eccles. cap. 39. Initium necessarii rei vita hominum, aqua, ignis, ferrum, sal, & lac, panis siliginens, & mel, & botrus uvæ, & oleum, & vestimen- tum.* Videlicet aqua gratiæ, qua anima irrigata in recenti virtuosè ger- minandi semper maneat virore, & vigore; ignis verò, quia sicuti absque calore, humana non conservatur vita, neque justis anima, absque conti- nua erga Deum, & erga se, atque proximum charitatis flamma; ferrum verò, ut sicut istud quò plus laborat, plus splendet, si autem splendet, & ja- cet otiosum, voratur à concreta rubigine, sic & justus debet esse ferreus ad resistendum tentationibus, in id fortiter laborando, usque dum ex con- flictu resiliat scintillæ, quibus accendatur laboris lucerna; & omnes qui in Dei sunt luceat exemplo, imò procul ab eo otiositatis pellatur vicina rubigo. Præterea sal, ut sapientiæ, ac discretionis condimento, ita ejus verba condat, & opera, quatenus nec plus, nec minus agat, aut dicat, nam si nimis salierit, malè sapient gustantibus, si autem aut insipida despici- entur. Deinde lac est valde necessarium ad vitam, nam istud est can- didum, dulce, & valde nutritivum. Si enim candor est in anima, dul- cedoque prudentiæ in conscientia, ut animæ potentiæ tanquam in illis di- lectæ filiæ bene nutriantur; lac erit ad vitam conservandam, non ut Sis- aræ præparatum ad ejus tollendam vitam. Deinde panis siliginens, qui alimentum pro adultis est fortius, doctrinæ spiritualis gladius, ut majo- ribus nequitijs spiritualibus resistere anima viribus. Præterea mel de- votionis, aut S. Scripturæ dulcor, è quo sunt polus, & medicinæ, ut æ-

protante anima, ad manus inveniat salutis remedia. Rursus bōtrus u-  
væ, ut sicut iste expressus fervet in vase prius, ut fiat vinum perfe-  
ctum ad cor exhilarandum, ira & justī anima ardore Zeli divini ferveat,  
ut indē fiat poculum vini, gustui Angelorum gratum; & divinæ volun-  
tati acceptum. Deinde oleum compassionis, quo anima, ut pietatis lam-  
pas, in conspectu Dei indefinenter ardeat, ut misericordia Dei summa,  
ē reflexo lucidius erga homines splendeat. Et tamen vestimentum,  
quo anima virtutibus ornetur, & alieni defectus charitatis pallio coope-  
riantur. Hæc quippè omnia pro vita conservanda sunt homini necessa-  
ria, & pro spirituali extant adeò proficua, ut absque illis ipsummet vi-  
vere est pati, & ipsis carere, mori. Cum autem ait S. Doctor: improbi,  
illa non curent, vivunt moriendo, & moriuntur vivendo. Quæ quidem  
vita conservanda juxta reflexio omnibus facienda expedit, & majoribus  
magis competit. Idcirco in veteri lege *Levit. cap. 25. n. 12* Summo pro- *Levit. cap.*  
hibitum erat sacerdoti, ne ingrederetur in domum, ubi aliquod jacebat *25. n. 12.*  
cadaver, etiam si istud foret Parentis, aut Matris. Superque hanc in-  
hibitionem *S. Hieron. cap. 25.* sic ait: *Sacerdos magnus ad Patrem, Matrem, S. Hieron. c.*  
*fratresque, vel liberos mortuos, prohibetur accedere, ne videlicet anima Dei* *25.*  
*sacrificijs vacans, aliquo impediatur affectu.* Affectus hominis vivi, &  
affectus emortui non compatiuntur. Pontifex enim vivit Deo, affecti-  
busque debet sæcularibus mori, ut totus vivat Deo & suo muneri, sed  
quomodo erit proprio mortuus sanguini, si cum sanguis proprius est  
mortuus, affectu in illum fertur carnali? Potius se in Dei vicegerentis  
contineat confinio, ne dignitas, nec oculorum fædetur contuitu, aut aliquo  
carnali commaculari valeat affectu.

*Colossus studiosus videtur & prædestinationis valde.*

**B**ernardi: super illa verba: *Clausa est janua fatuis virginibus serm. 2. N. 20.*  
*vidi Dominum: sic ait: Frustra pulsabant fatuae virgines, in vanum S. Bernard.*  
*clamabant, ubi impleta fuerunt nuptia discumbentium, & janua clausa erit; serm. 2. vidi*  
*consolatio abscondita est ab oculis meis, quoniam ipse inter fratres dividet. Dominum.*  
Prædestinatio inter fratres D. facienda. Quomodo abscondita? si enim  
hoc solatium tibi, O Glorioso Doctor! est absconditum, cui erit detec-  
tum? Estne porta ad intelligentiam occlusa, sicuti & virginibus fatuis  
ne ingrederentur ad nuptias? Non utique, sed jam fiducia per quam in-  
trare expectat justī, & à Deo prædestinati solatur. Distingvuntur enim, & val-  
de veri cives cæli, à civibus Babyionis, cives enim habent testimonium Dei  
in

in se, aliàs inquit S. Bernard. tom. 2. serm. 2. in Octava Paschatis: *Quanam eis esse poterat consolatio inter spem, & metum sollicitudine anxia fluctuantibus, si nullam omnino electionis suae testimonium mereretur? Qui vero scit dominum, si est dignus amore, vel odio? Quod si, ut certum est, certitudo nobis omnino negatur, nunquid non tanto delectabiliora erunt, si qua forte electionis huius signa possimus invenire? quam enim requiem habere potest Spiritus noster, dum praedestinationis suae nullum adhuc testimonium tenet? Fidelis proinde sermo, & omni acceptione dignus, quo salutis testimonium commendatur. Homo sanè verbo, & electis consolatio ministratur, & subtrahitur reprobis excusatio. Cognitis siquidem signis vitae quisquis haec negligit, manifestè convincitur in vano accipere animam suam.*

*Litterae testimoniales con-* Litterae testimoniales in recta hominis probitate, & virtutum exhibitione  
*scientia, a* demonstrantur, in forma tamen sequenti debet habere testimonium à  
*quo, aut qui.* tribus, & in tribus, videlicet subscriptum Christi sanguine, atque aqua  
*bus oportet,* gratiae penitentis, & à Spiritu veritatis. Modo mellifluus Doctor: *Vis*  
*ut sint subscri-* ergo nasse an hac aliquid operentur inte, nè forte reus sis sanguinis domini,  
*pti?* quem evaquas quantum in te est, sed & aqua ipsa, quae debuerat mundare  
*scri pta?* in sordibus permanent, iudicium damnationis accumulet: Spiritum quoque,  
cui resistis non liberet maledictum è labijs suis? Cavendum enim, ne sint  
tibi haec infructuosa, quae cessare esset, & damnosa praesertim si testimoniales  
tuae vitae litterae à tua veniant falsitate improbitate, quis autem est, qui testi-  
monium habet eius, non sine causa sanguinis Christi, nisi, qui continet à pec-  
catis, ut si deinceps continere potuerit, & jugum abicere misere servitu-  
tis certissimum sit testimonium redemptionis, quam operatur sine dubio  
sanguis Christi. Verum non sufficit peccatori continentia, si non etiam adsit  
penitentia. Habet ergo, & vacuum testimonium, qui laborat in gemitu  
suo lavans per singulas noctes lectum suum. Sicut enim sanguis ille rede-  
mit, ut non regnet peccatum in nostro mortali corpore sic aqua illa abluit ab  
his peccatis, quae commissimus antea. Sed quid erit, quod longo externa-  
rum usû, & carceris habitationes crudeli confracti simus, atque collisi de-  
fecerimus in via vitae? Invocemus Spiritum vivificatorem confidentes, quia  
dabit Patri, qui est in caelis Spiritum bonum petentibus se. Sanè novum su-  
pervenisse spiritum, certissime conversatio nova testatur, jam ut breviter re-  
petam à sanguine, & aqua, & spiritu habere est testimonium, si contines à  
peccatis, si dignos agis penitentiae fructus, si facis opera vitae. Ergo etiam  
si clausa sit janua fatuis, & denuò non fatuae pullaverint, fortè ipsis ape-  
rietur.

fietur. Quod si mensæ fuerint plenæ discumbentium, poterunt dilatarî mensæ, præsertim, si omnipotenti id placuerit, & ejus prædestinanti, ac invitanti voluntati. Istud planè manet in justî expectatione solatium, quod quantum in se est, agit, ut probæ vitæ in suis operibus authenticum exhibeat testimonium; cætera Deus in nobis, petamus, ut operetur.

*Colossus, scit pugnare pro Deo, & se, cum oportet.*

*N. 21.*

**B**ernardus serm. 1. de triplici custodia super Psal. 43. sicut oves in inferno positi sunt. Sic ait: *Quam bene sicut oves, quia detestato vellere mundanæ gloriæ, dure, pressequæ deputantur incendiis.* Non sicut agni, quia adhuc vellus retinent, sed sicut oves, quæ jam detonsæ sunt, miser

*S. Bernard.*

*serm. 1. de tri-*

*plici custo-*

*dia.*

status peccatoris, qui nec pilum secum debet ad aliam vitam mundanæ gloriæ ferre. Imò quia, ut rarus egit, rarus comparere in illo ultimo incendio debet. Hæc enim impiorum ad tonsas oves comparatio, dum ad inferni pascua deputantur, nescio, cur cum mansuetis fiat ovibus, & non cum lupis, Pardis, Ursis, aut leonibus, nec cum simijs, aut vulpibus? In ijs enim animantibus viget rapina, & feritas, necnon iracundia, ac voracitas, in ijs fervet libido, & invidia; necnon & insana in cunctis bestialitas, ergo improbi, ijs comparentur, dum ad æternum damnantur ignem; ut in eo ferinæ domentur cervices, non vero mansuetis ovibus, quarum simplicitas, potius cogit animum ad illas amandum, quàm, ut ad tam immanem torturam deputentur. Non utique, imò uti oves in inferno ponantur, videtur consultius. Quare? *Hugo Card. Circa ovem iriam attenduntur, videlicet, quod ignavum animal est, quod tollitur ei lana, & manet radix in pelle, ut iterum crescat, quod pro voluntate pastoris ducitur de pascua, in pascuam.* Quid vult dicere ignavum? Videlicet pigrum, timidum, pusillanime, & absque ullis viribus, & denique nihil absolutè valens. Quomodo nihil? Ergo pellis, lana, caro, lac, & caseus non sunt utilia? Imò chara divitibus, charioraque pauperibus, cum pro victu & vestitu comparandis, sint tam propria. Quomodo ergo nihil valent? Quia nec possunt, nec sciunt se defendere. Alijs enim sunt liberales, permitentes se rondere, & usque ad ultimùm pilum dare, collum facillè submittententes lanioni, pellem excoriant, carnem, ut pascatur cæteri, foccis, ut coctam, aut assam subministratur famelicis. O misera, & inermis ovicula! defendas te. Non potest: Quia est deputata, & nata ad occisionem, & post occisionem ad ignem. Cur non dicit David sicut arietes, in inferno positi sunt, sed sicuti oves? Quia utique arietes, saltèm arietant inter se, & cornibus, se ab inimicis atcunque defendunt, veluti, & alia animalia

*Qui non ha-*

*bet arma, ut*

*se defendat,*

*in periculo*

*ducit vitam.*

*Hugo Card.*

morsu, alia unguibus, alia rostris, alia ferratis calceis, sed miseræ oves, haud animosæ, illicò cuicumque vi succumbunt, alijque sunt optimæ, & sibi pessimæ; sic enim improbi ad æternum deputabuntur ob ignaviam, & sui neglectum, ignem, veluti oves, quia ignavæ, ad candentes igniti focci carbones. Idipsum namque incauti, & seipsos negligentes agunt, Parentes pro filijs, uxores pro maritis, Princeps pro subditis, omninò, & ut isti vivant, Parentes se mortificant, ut hi ditentur, suos thesauros exhauriant; ut hi se induant, ipsi se suis divitijs spoliant; ut hi bonos dies habeant, illi proprijs se cõvenientijs privant: & denique, ut hi, & similes crescant, & in salvo maneant, illi aliquando se condemnant. *Quare? Quia* sicut oves semetipsas negligunt, virtutes non excolunt, animam ut orphanam deserunt, filijs, & terrenis valde solliciti, cælestibus & spiritui ignavi: sibi viventes, & morientes, ut intonsi, & ob filios decedunt nudati, depilati, & sicut oves excoiati, earentes virtutum armis, ut se ab animæ defendant inimicis. *Sicut oves in inferno positi sunt, mors depascet eos.* Modo video, cur Deus veniet judicare sæculum per ignem, non per infectum aërem, peste; non per aquam sicuti in diluvio, non per terram absorbentem mundum: quia illud pro nulla re valet, in ignem projicitur tanquam inutile, & illo utitur ignis pro alimento: sic enim cum ignavis fiet. Deinde quia aqua suffocat, sed ejicit cadavera ad lictus, ut condignum detur defuncto sepulchrum, aër nec non agit lentè, & aliquomodò misericorditer de medio tollit; terra pariter sepultos absumit, sed ossa intacta aliquando relinquit, verùm vorax, & immisericors ignis, omnia conflagrat, & citò demonstrat, & quod est purum aurum illud declarat purum, permittitque manere in salvo, quod autem impurum convertit in cineres, aut quia nihil valet, ignique pro semper deputatur, & tanquam res inutilis abjicitur: iste enim est ignis, quem Deus misit in terram, ut iusti tanquam veræ Christi oves, & rationales salamandræ transivissent per tribulationum ignem, & aquam, absque aliqua læsione, errantes verò a vorante divinæ vindictæ, ut pro semper absumerentur igne. *Sicut oves in inferno positi sunt.* Et quia in ultionum campis, pascuas habuerunt viventes, & luxuriantes in delictijs, ipsimet in novissimo, pascua erunt mortis, & insatiabilis ignis. *Quid est quod istæ miseræ ac ovinae pelles, semel sicut Absalon in capite, tondeantur, si in conscientia occipite manent radices atque sub vellere latent: ut denudò crescant, sub damnata cute? Quid quod de pascua in pascuam, de illecebra, in illecebram*

*Qui sunt pro se mali, & pro alijs boni, planè boni non sunt in regione.*



bram, de convivij ad convivia, de gula in gulam avida discurrat ovina hominum voluptas, si pinguefcatur, ut citius & fortius in inferno uratur? Quid quod saginetur, si tandem ipsamet erit gehennæ esca perpetua, & cibus? *Mors depascet eos.*

*Colossus non est præceptus, in operibus neque in verbis.*

N.22.

**B**ernardus *serm. ad Clericos cap. 4. hec fratres mei, qui pavet, cavet; S. Bernard. nam qui negligat, incidit.* Qui cautè graditur minùs impingit, è contrà præceptus in agendo, facitè ruit. Verùm hoc iniqui, non multùm curant, imò retia amant, laqueos æstimant, ut alios capiant, etiam si ipsimet in illos, cadere sciunt. De his enim verificatur, quod ait David *Pf. 51. dilexisti verba præcipitationis.* Quid est præcipitare se? Ex alto cadere, & cum periculo alicujus læsionis activæ, aut passivæ. Præcipitat se mens, quando alta vult sapere, & neque infima intelligit; præcipitat se voluntas, quando ambit dignitatum culmina, & digna non est accipere ad manus scopas; præcipitat se oculus, cum vult aspicere solem, & solvit misera, quia hoc vana præsupitæcitate; præcipitat se manus, ut decerpit verita, sicut Eva pomum. *Gen. cap. 3.* Et Jonathas de melle modicum *1. Reg. cap. 14.* Et iste damnatur ad mortem, & Eva ad dolores partûs, & ultra hoc, ad necis supplicium. Præcipitat se lingua, & cum se debuisset continere intra cancellos silentij, & pudoris, amat prodire, ac performam dolosè agere, & petulantis. In ista enim classe sunt verba præcipitationis, idcirco addidit David immediatè: *Lingua dolosa.* Quis in dolosa lingua tot inveniuntur præcipitia, quot verba. Ex: Gr. In adultore blandiente verborû cauda, sicuti canis, putida olfaciens domini vestigia, eodem adulatur modo cæco, quam oculato; eodem modo muto, ac linguoso; stulto, ac literato: claudo, ac integrè sano; peccatori, ac virtuoso; & hic latet incurabile doli virus. Quare? Quia adulatus promereri laudem arbitratur, in ijs, quæ de se audit; & in laqueum præcipitatur superbiæ, & adulator capitur laqueo linguæ. Deinde exeat in mundi theatrum, malus Arbitrista, & illum interrogemus sic: Quid dicit vestra fraudulentia? Dico, respondebit, quod si ego essem Princeps, sicuti sum natus è bovina fæce scarabæus, posuissem gabellam super vasallorum capillaturam, & si super unumquemque pilum, imposuissem nummû, sic Principis dilataissem thesaurum, præsertim, si calvi, plus duplo solvissent è proprio marsupio. O bone Deus! Qualis iste impostor! Ergo non faisset istud Principis præcipitium, & formalis plebis depilatio, & everfio? Om-

*S. Bernard. serm. ad Clericos cap. 4. Psal. 51.*

*Gen. cap. 3. 1. Reg. cap. 14.*

*Absque numero inveniuntur præcipitationes in agendo.*

ninò. Nam quis numerasset capillos, cùm iste computus, quia difficilis, *S. Lucae c. 12.* Deo sit reservatus. *S. Lucae Cap. 12.* *Capilli capitis vestri omnes numerati sunt.* Et ubi tot nummi ad hoc explendum insani arbitrij stomachum? Apage stolide cum tuis somnatis arbitrijs te præcipitantibus ex alta fatuitatis turri, usque ad contemptibilem tuæ personæ infimam mentem. Cape hanc à me lectionem, super re impossibili, nullum arbitreris arbitrium, quia ad impossibile nemo tenetur; & qui ad id cogit, aut cogitur, pro-

*Consilia Chymica parùm de Auro afferunt secum pro. Republica.*

sus laborat in cassum, vicinum profectò assecurans præcipitium. Fortassis aliquis objiciet mihi chymicus: ego quantum ad verba præcipitationis sum valde liberalis, nam habeo in meis cistis, aut secretaria scripta, & processus in copia, & totum firmamentum in forma, & figura, videlicet solem, & lunam, & omnes pariter planetas. In alia parte integram vitricinam, ibi vitra longa, hic curta; ibi concava; hic convexa; ibi lata, hic angusta; ibi retorto collo, hic anserino; & de metallis populosissimam tribum; ibi æs, hic ferrum, ibi plumbum, hic stannum, ibi cuprum, hic argentum: quid non de figullina massa? Ibi tripodes, hic ollas, ibi cantaros, hic lagenas, & non vacuas, ob sitim præsumptam, ibi fornaculas rotundas, hic quadratas, ibi altas, hic demissas; jam coctas, jam assas, jam frixas, in vanæ expectationis apponendas mensa. Antequam autem præcipitetur Mercurius, quot verba præcipitationis non præcedunt ad facilitandum opus, & lapidem Philosophicum? Loquantur versati, & qui multas præcipitarunt opes ob istam fabulosam collaudandam artem, absolute solum Deo notam, & profectò humani transcendentem captus confinia. Et quid dicendum circa consilia? Videlicet, quod in illis etiam multa interveniant verba, & aliquando præcipitationis. Et quando hoc merentur nomen? Nempe, quando non eunt per viam Regiam, & Regni, & Regis, sed per incultas proprii dicraminis semitas, & per abruptas superbæ montanas, verè inusitata declivia, ruinam itinerantibus minantia, seu ad complurium perniciem inventa. Et denique quando in Deo non fundantur, sed in propria cavillatione, odio, aut alio malo sine cuduntur, tunc enim, si illa te, per se non præcipitaverint, jam Deus illa præcipitabit, & ut evanescant, efficiet. Habemus exemplum *Esa. cap. 19.* Quid dicet agiptij? Quod non bene valent. Quo ergo laborat morbo? Caduco. Ardebunt bellis, filiusq; insurget in patre, & frater in fratre, & ita crudeliter, ut ex intestino bello, ipsamet viscera præ dolore disrumpentur. Quare? Quia inter se habuerunt consilium, an foret consultum, super publica negotia

consulere simulachra sua, & eorum divinos, Pythones, & ariolos, quam Deum verum, & resolverunt, quod illos tenebantur interrogare, non verò verum Deum. O stulti consiliarij! non enim potest stolidius excogitari consilium, quam negligere supremum, & eligere pro consultoribus truncos, falsos, cæcos, surdos, & mutos. Vt enim videant Ægyptij, quod in suis consilijs, verba protulerunt præcipationis, ego illorum præcipitabo consilium, quia non egerunt, quod erat melius, cum tam apertè contra Deum egerint verum.

*Colossus optimus exstat Statista.*

*N. 23.*

**B**ern. serm. 7. in psal. *Qui habitat. Quod videlicet abundantiore, & v-* S. Bern. serm. 7. in psal. *Qui*  
*luis copiosiori manu, dextris insistere partibus, dextrum latus appetere* 7. in psal. *Qui*  
*consulvissent, quod quidem si magnum illud Ecclesie corpus considerare libet, habitat.*  
*facile satis advertimus, longè acrius impugnari spirituales viros, quam car-*  
*nales. Minus fortiter contra sinistram inimicus agit alam, quia facile*  
*supponit vincendam. Dextram vehementius invadit, quia majorem ti-*  
*met resistantiam, neque in fine inimicus obtenturus victoriam. Cujus* *Ubi inimicus*  
*enim ista sunt latera? Utiq; Ecclesie militantis. Cum autem hæc suos ha-* *invenit majo-*  
*beat milites, & contra illos, aperto Marte, in perpetuo perdurent certa-* *rem resiten-*  
*mine, opere pretium erit indagari, cur isti nequam spiritus, validius cor-* *tiam, ubi ma-*  
*nu dextrum invadunt, quam sinistrum? Quia utique in dextra ala, extant* *jori invadit*  
*spirituales viri, & carnales in sinistra stant in armis, & primi sunt fortiores,* *violenta.*  
*& ad sinistram profusè debiliores. Imò videtur inferri contrariū, nam ubi*  
*sunt debiliores debebant cadere decem millia, & non unum mille, & ubi*  
*sunt fortiores unum mille debebat, & non decem millia cadere. Hoc*  
*enim videbatur magis naturale, & tamen aliter evenit, quia iste ma-*  
*lignus optime scit, debiles facile superare posse, de fortibus verò, nul-*  
*quam posse victorizare, timet, ideo validiori impetu spirituales invadit.*  
*Idcirco S. Matth. cap 13 n. 25. dicitur humani generis hostem non semi-* *S. Matth. c.*  
*nâsse, sed superseminâsse Zizania. Astuté planè, nam alienis sumptibus* *13. n. 25.*  
*ac sudore copiosum expectat ex illorum fructum messe. Chrysol. serm. 96. Chrysol. serm.*  
*Diabolus superseminavit, non seminavit, quia hereses inter fideles; inter* *n. 96.*  
*Sanctos peccatum, inter pacificos lites, inter simplices dolos, inter innocen-*  
*tes, nequitiâ gratis ferere consuevit; non ut acquirat Zizania, sed ut tri-*  
*ticum perdat, nec ut nos capiat, sed ut innocentes adimat, neque obsidet*  
*mortuos, sed impugnat viventes. Mirandam cum dexteris habet dæmon*  
*anthipatiâ: cum illis nempe, qui à dextris sunt Dei in virtute fortibus,*

ac

ac in cæli militia strenuis, & victoribus, in confictibusq; contra malignos spiritus varijs: verum inaniter aliquando, nam stultè putant non dari minas contra minas, & strategemata varia, contra dolosa hostium artificia. Quid est quod improbus superfeminet Zizania in benè excultum probitatis campum, ut suffocet purum virtutum triticum, si astutus Paterfamilias seliget Zizania, & ex illis ligare faciet fasciculos ad comburendum, manente puro tritico illæso, superfeminatore deluso? Hinc planè curiosum placeat excitare dubium. Videlicet. Qualis pars in humano corpore est nobilior? Si responderint opifices, aut illi, qui pane abundant ob penum, dicent, quod manus, quia earum adminiculo, honestum conquirunt sibi vestitum, & victum: si interrogantur cursores, aut vagi, dicent, quod pedes, quia per illos habent securum panem, & absque illis in perpetua vivunt esurie; si interrogantur Musici, dicent, fore vocem, quia per illam aliorum, & proprias demulcent aures: subsidia indè corpori decenter providentes; si adultores, dicent fore linguam, quia per illam lucrantur Principum gratiam, & maximas honoris sibi conciliant consequentias. Si cunctos mundi interrogamus status, respondebunt, fore humeros, quia portat in illis unusquisque suam crucem, ponderosam planè pro illis, qui illam bajulant impatienter. Verùm Cassiodorus in psal. 16. v. 9. ait fore meliorem pupillam. Quia in nostro corpore nil præstantius invenitur. Quomodo hoc potest esse, si Eccles. 6. 13. ait: Nequius oculo, quid creatum est? Omnino, si illo abutimur, & in malos usus convertimus ejus luminosum influxum: sed si in bonum, nil nobilius, nil præstantius. Quare? Quia per ipsas res visuales discernimus. Et quid vult dicere pupilla? Idem S. à parvitate, quasi pusilla. Quomodo ergo si est pusilla tanta pollet discretione? Quia habet pro tutore caput, & quando tutor est bonus, raro pupillæ sunt parùm oculatæ, & naturæ Author cerebro fecit illas viciniore, ideoque ut similes discernendi participassent virtutem. Jam ergo ijs, qui spirituales sunt, & Dei oculorum pupillæ, malignus majori vi invadit, & de illis valide triumphare prætendit.

Colossus S. Apostolum Andream reverenti prosequitur cultu.

N. 24. **B**ernardus sermone de triplici genere bonorum, Sanctum Andream S. Bern. serm. laudans sic ait; Alterati hominis vox ista est, & qui de bonis naturæ de tripl. genere ad bona gratiæ surrexerit: Non modo enim patienter, sed & libenter, verum ardenter ad tormenta, sicut ad ornamenta, ad panas sicut ad delicias properabat. Et sermone 68. incant, ait: Hoc genus latissia cali nescierunt, nisi per

Qualis ex humanis sensibus, melior sit, discutitur.

Cassiodor. in psal. 16. v. 9. ait fore meliorem pupillam. Quia in nostro corpore nil præstantius invenitur. Eccles. cap. 13. ait: Nequius oculo, quid creatum est?

per Ecclesie filios. Hoc nemo unquam letatur, qui nunquam non letatur. Sanè post mæsta, sequuntur gaudia, sicut post nubila, phabus, sicuti post naufragium navigantibus, portus, sed in ipsomet martyrio nudato Carnificis brachio, cruentum patibuli ignominiosi conspiciere dedecus, hilarem ostendere animum, singularique perfundi júbilo, est tam singulare, quod tantum magnanimitati S. Andreae consignavit Deus pro decoroso tanti Sancti triumpho. Potest enim dicere S. Apostolus, quod S. Prophetæ David Ps. 30. *Convertisti planetam meam in gaudium mihi, concidisti Saccum meum, & circumdediti me læticia.* Qualem saccum? Utiq; mortalitatis pellem. O felix anima, cujus cor exhilaratù gaudens profiliit in faciem, ne animi mærore deiciatur, è propriaq; sede spiritus. Ob istum enim Sanctum dilectum Christi discipulum ejus video consilium Sanguine Andreae roboratum, nam ipsemet. *S. Matth. cap. 5. v. 11. ait: Beati estis, cum persecuti vos fuerint propter me, gaudete, & exultate.* *S. Bern. 5. v. 11. in serm. 14. in cant. super illa, Verba Nigra sum, sed formosa.* Sic ait: *Ipsa es, cui plus dimissum est; quod amula improperat ad convivium, hoc sibi ipsa inflectit ad commodum.* Mira planè fortunæ industria, cum Christo possit extrahere è lapide humorem, aut ex sterili arbore, aridaq; succum. Nonne prodigium foret, si quis ex sicco Crucis ligno, cunctis horroroso, extahere possit aliquam quintam Essentiam alacritatis, aut gustùs? Difficile videtur, sed S. Apost. Andreas hoc ipsum explevit minus, ad miraculum. Quid enim ait Christus? *Cum persecuti vos fuerint propter me gaudete, & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in calis.* Læritia enim prompta, in vultuque hilaritas, quando cum originali concordant exultantis mentis scriptura, dumque haud imparato animo, cum extrinseco debite collationantur contruitu. Deo, & cunctis videtur valde gratum, quod si Ironico hyprocrisis velamine, Júbilus apparet in facie, & in corde mæror, dissonat planè melodia, & sanè non sanis auscultatur auribus, verùm cum utrumque alterno cunitur vineulo, gaudium resultat, & quidem congruè de integritate commendarum, & S. Apostoli Andreae alacriter cunctis ad Crucem, & ad moriendum pro Christo animositas, ad ipsius clerique, & populi, nec non triumphantis Ecclesie, ac militantis nusquam moriturum Júbilum. Hilarem datorem diligit Deus, quantum ergo diliget Andream vitæ datorem, & tam hilarem? Non enim legitur de Christo Domino in vultu se ostendisse lætum, ad ignominiosum properante crucis supplicium, nec de S. Petro Apostolorum Principe, nec de aliquo fermè, è Divis legitur, nam ipse mortis, horror, gaudium

Psal. 30.

S. Matth. ca.

S. Bern. 5. v. 11.

Solum Deus

potest ex la-

pidibus A-

brake filios

facere, B. au-

tem Andre-

as, è mærore

hilaritatem.

dium in compedibus tenet, hilaritatem convertens in indefinentem maerorem. Non quippe Christus Dominus hilarem ostendit, dum duceretur ad mortem, faciem, non quia non potuit, sed fortassis, ut S. Andrea hoc singulare reliquisset Privilegium: est denique alius verus Isaac, qui nascitur risus, & risus pariter moritur, postquam pro Deo relinquendo mundum, & vitam risit alacriter pro Christo, tanquam fidelis ipsius discipulus moriendo.

*Colossus denuò divini verbi incarnationem recolit.*

*N. 25.*  
*S. Bern. ferm.*  
*48. in Cant.*

**C**UR S. Bern. ferm. 48. in Cant. dixit, *Singularis mixtura est colorum, qui in persona domini, operatione divina, convenerunt in unum, nec, ut sint unus, sed ut sint in uno.* In simul utique albor, & rubor pulchrius apparent, quam se junctim, nam licet uterq; sit bonus, tamen speciosius videntur mixti hi colores, industria nempe operante, & gratia, quod non potuit, aut noluit conciliare natura. Nonne difficile est, immò impossibile, quod nix conveniat cum rubente igne? Omnino. Pariterque quod ignita flamma cum rubi amice, & sociabiliter conveniat virore? Ita est. Verum hoc vidit Moyses in deserto, ad id, operante Numine sacro. Cur idem Numen efficere non potuit, ut in divinitatis inserto, super Virgineo Matris Ramusculo, ejusque rubente sanguine, & puro, infereretur æternæ lucis candor, utique à Patre Luminum, æternus Filius amore Virginis accensus, tanquam luminosus splendor? Utiq; in hoc sibi complacuit creaturarum omnium Author, & conditor. Apagite ergo Hæretici, parum de divinis intelligentes mysterijs, cum vestra infana simplicitate contenti. Color enim albus, non est ruber, neque ruber, albus, sed Deo operante, licet non sint unus, & idem color, tamen convenerunt in Christo Domino in unum, atque convenerunt in ejus virgine Matre, in unum, in Christo, videlicet Domino in unum subjectum, in unam personam, & in unum Deum, quia Deus est unus, & Christus Dominus est unus cum Deo, licet non in unitate personæ, in unitate tamen Essentia: humanitatis itaque est ejus color rubeus, quia sanguineus & de purissimo Virginis Matris Sanguine natus, divinitatis verò albus, ob nimium candorem curtum humanæ mentis disgregantem visum, sed nec humanitatis rubedo est divinitatis color, neque divinitatis candor, est humanitatis rubor: verum quia hæreticus, quâ, cæcus parum intelligit de coloribus, in obscurando, ac denigrando, hoc sublime divinæ incarnationis arcanum, immò multum de atra pravitate tinctura, absumit ex ejus atramento, ac atramet-

*Verbi Divini  
 incarnatio,  
 & B.V.M.  
 Virginitas,  
 & facundia  
 commenda-  
 dantur.*

rio perpetua prorsus abrasione, atq; irrisione digno. Colossus autem meus ad S. fidei se submittit pedibus, hoc altissimum adorans incessanter nostræ redemptionis mysterium, securum atque vitæ æternæ pignus.

*Colossus amat virtutem penitentia.*

**S**uper illis verbis *Jeremia 17. Peccatum Juda scriptum est stylo ferreo, in uigule adamantino. Bernard. de interiori domo cap 27. ait: Quod ibi scribit transgressio, hic delet confessio.* Et si peccata ferreis scribantur caracteribus, contritione delentur. Non est res ita dura, quæ mollescere industria, non valeat. Igne enim mollescit Ferri durities, & sulphure accenso, indomita chalybis natura: domatur & taurus fune, atque sylvescentes sibilo, plumbeaque glandine feræ, viscoque aves, nec non inescato hamo pisces, atque equi fræno feroces, & non poterit humanum præstare artificium, ut durum cor flectatur ad bonum? Crediderim voluntatem humanam, gratia Dei auxiliante, id præstituram, penitentia malleo, terreo cordis mortario contritam. Testes hujus extant veritatis S. Petrus Apostolus negationis reatum amarè plorans, & Magdalena ad Christi pedes profundens contrita, lachrymas, & S. Paulus acutum in Christicolis persecutionis gladium convertens, & gentium multitudinem, iisdem armis ad idem faciendum devincens. Sic enim veræ confessionis abraditur cultro, quod nocēs sedare perit, lasciviens voluptatis turpitude, aut nocivus culpæ patrare reatus. Qualiter maledixit Deus Adamum, & Evam? Videlicet non illos, sed eorum corporalia opera. Qualia? *Maledicta terra in opere tuo. Gen. cap. 3: videtur non maledixisse opera, sed opus, aliàs dixisset in operibus tuis. & non dixit, nisi in opere tuo, hoc est in excoltura terræ, & cum hæc fructum non ferat absque multiplici opere, nempe trina aratione, trinaque occatione, & denique in pingui simatione, videtur in hoc triplici opere plurima intervenire opera, idcirco in *Ly, opere tuo, multiplex intelligitur opus, & in hoc ingeminato opere, non unum, sed multa opera.* In quo ergo consistit ista maledictio? Quoniam *Spinæ & tribulos, germinabit tibi* Et nihil aliud? Videtur quod non: nam è tritico puro, purum germinat terra triticum, Cur ergo debet vocari maledicta, si qui seminat in ea de benedictionibus, de benedictionibus metet ex illa? Dicam: Quia etiam, si purum germinet frumentum, ipsummet est quoddam veprium seminarium pungentium, & compungentium, usque ad decisionem animam. Quare? Quia frumento nutritur homo, & ipsum nutrimentum, quia est*

*N. 25.  
S. Bernard.  
de interiori  
domo cap. 27.*

*Nil est tam  
immundum,  
quod non  
mundetur  
penitentia li-  
xivio.*

*Vita huma-  
na, nihil ali-  
ud est, quam  
pungens ani-  
ma, & corpo-  
ris spina.*

*Cur maledi-  
citur Cain in  
persona, &  
non Adam,  
& Eva?*

viatoris, alium mundum versus peregrinantis, ut viaticum sumitur, non ad manendum, sed in aliam Patriam transfugandum. Ergo ista tristis memoria, atque reflexio christiana, non sunt acutæ spinæ, instar calcarium stimulantibus hominis vitam, ut celerius, iter ad aliam perficiatur, citiusque ad portas mortis perveniat? Idem quippè innuit S. Paulus ad Galatas cap. 6. n. 8. *Quæ enim seminaverit homo, hæc & metet, quoniam qui seminat in carne sua, de carne, & metet corruptionem.* Et quid est hominis corruptio, nisi spina quædam vitam hominum cruentans, & usque ad mortem lanians, atque excrucians animam? Hoc autem inbibitum est in ipso nutrimento, quo alimur, quod quidem seminatur in corpore, ut nutriatur corpus, cum autem hoc sit aliquid corruptibile, sicut & alimentum, nil aliud profus videbis, nisi quoddam veperum in vitali hominis ædificio, incipiendo à spina dorsi usque ad ultimum hominis capillum: ecce, quod caput invadunt dolores; teneros oculos, urentes fluxus, & præ dolore lachrymarum pluvia, aures invadunt furditates, genas præ rubore, rubores; os, dentium torturæ; linguam, activi ac passivi morsus; guttur, anguinæ; manus, continuæ scissuræ; pedes podagrica affectiones, digitos callosi claviculi; stomachum, indigestiones; præcordialia, glutinosæ viscositates; mentem, inanes cogitationes; voluntatem in Dei & proximi, amore tepiditates; memoriam, millenæ ingrattitudines. Hæc omnia non sunt sensibiles sentes, cor & corpus terrebrantia? Planè insensibilis videtur, qui acutas penetrantes vitæ, has non sentit sentes: quæ tamen auferunt vitæ, & præter intentionem operantis torquent, prodeuntque in hominis opere, & denique hæc est maledictio cadens super elaboratam ab Adamo & Eius posteritate terram. Veruntamen Cain aliter à Deo maledicitur. *Gen. cap. 4. n. 11. Maledictus eris super terram.* Non dicit es, sed eris, ut inter præsens, & futurum reliquisset misericordia Dei tempus penitendi. Maledicitur itaque, non solum, quia habitabit, & ambulabit super terram, sed plus comparativè, quam ipsa terra, quam in Adamo maledicit. Tanquam si dixisset, adhuc Cain est maledictio major, & superior alteri, quam super terram dedi, nam illa fuit super insensibilem glebam, sed tibi data est in tuam personam, parem te faciens serpenti maledicto, quia tu tuum occidisti corporaliter fratrem: cur autem non maledicuntur Adam, & Eva; nisi terra, propter illos, & Cain maledicuntur persona, cum istius fratricidium unicum offenderit fratrem, & Adam & Evæ crimen, universum hominum genus infecerit? Quia vi-  
deli-



delicet in libro vitæ illorum fuit descripta divini præcepti trāsgressio, culpa; commissio, sed Adami scriptum delevit confessio, quando dixit, fa-  
 teor, me comedisse, & quod jejunium de præcepto non observavi. *Mulier,*  
*inquit, quam dedisti mihi sociā, dedit mihi de ligno, & comedi.* Quid est hoc?  
 Mulier enim nō dedit de ligno, sed de pomo, cur enim non dicit de pomo,  
 sed de ligno? Quia opera facta in peccato, facile in malum convertun-  
 tur, & dulce pomum, delicato conscientia stomacho, ut durum sapit li-  
 gnum, opesque in tribulationum comutantur tribulos, vana gloria in  
 conscientia morsus, & remorsus, gula in morbum continuum, gaudium  
 in mæstum luctum, inordinatus amor, in odium, aut in fastidium. Cain  
 autem quid dixit? *Major est iniquitas mea, quam ut veniam merear.* O *Gen. cap. 4.*  
 Desperate Cain! Actum est de te, quia nō fateris culpā, imō de misericor-  
 dia desperas divina. *Audi Tertulianum lib. 2. in Marc. Ideoque nec ma-*  
*ledixit Adam, nec Evam, ut restitutionis candidatos, ut confessione revela-*  
*tos, Cain verò maledixit.* Quid vult dicere *Restitutionis candidatos.* Can-  
 didati enim dicebantur olim, (ut ait Cicero) illi, qui è militia remigran-  
 tes, coram Magistratibus se præsentabant, rogando enixè, omnibusq;  
 se submittendo, nec non petendo aliquā peccuniariam, seu honorariam *Adam, & E-*  
 gratiam, nudatoque corpore ostendebant vulnera, ut plebs, nec non ex-  
 va, cur di-  
 pectantes Togati facilius moverentur ad misericordiam. Nunc vero illi *canetur Cain-*  
 propriè dicuntur Candidati, qui non solum officium, seu dignitatem, *didati resti-*  
 aut S. Religionem ingredi petunt, sed illi, qui in spe sunt proxima, illud *tutionis?*  
 obtinendi, quod cupiunt, in quē finem se humiliant, instant, atq; supplicant.  
 Verum duplex datur candidatorum genus, aliud est illorum, qui præten-  
 dunt gratiam, aut dignitatem, quam nunquam obtinuerunt, aliud est il-  
 lorum, qui Dei gratiam, vel hominum, & aliquando gratis, & absque me-  
 riti acceperunt, & ob eorum peccata, eam amiserunt: ex his autē novissimis  
 candidatis, fuit Adam, qui confitendo culpam, petijt veniam, & post il-  
 lam expectabat restitutionis gratiam. Cur autem Cain non assequitur  
 idem? Quia desperatus videtur, niger sicuti corvus, & hæc est differentia  
 inter nigrū, & denigratū, nam ex denigrato, sicut erat Adā per culpam, po-  
 test fieri candidus, & candidatus per pænitentiam, sed ex puro nigro, si-  
 cut Cain erat per desperationem & impænitentiam, neque de albus po-  
 test fieri, neque albus. Idcirco iste dicitur maledictus, quia vixit & mo-  
 ritur inconfessus. Adam verò, quia propriam, & uxoris culpam fuit con-  
 fessus, in persona non maledicitur, potius tota maledictio cadat super

terram, ut verificetur S. Bern. Conceptus, nimirum, quod scribit transfressio, delet confessio.

*Coloffus cum S. Augustino præceteris SS. B. V. extollit.*

*N. 26,*

**S**I enim Deipara, Creatura est mortalitatis jugo subjecta, quomodo dicit S. Aug. *Formam Dei esse?* Non enim fuit idololatria Colliquidiana in Beata Virgine venerari divinitatem? Omnino, nam contra illos insurrexit S. Epiphanius, & dixit: *Revera Sanctum erat corpus Mariæ, non verò Deus.* Fateor, inquit, Beatam Virginem Sanctitatis fore Theaurum, non verò Deum. Si autem Deus non erat, quomodo dicitur forma Dei? Ecce sic resolvo. Hoc enim verbum, *forma Dei:* significat Ideam (ut à Philosophis dicitur) quod idem est, ac quædam imago, seu Exemplar: idcirco in Deo creaturarum inveniuntur ideæ, quæ sunt ipsamet Dei Essentia, in quantum sicut lucidissimum Chrystallum, earum exprimitur delineatio ad illas producendum, quæ sunt quasi principium suæ operationis, in quibus delineatum invenitur, totum illud, quod creationi debetur, verum impossibile est, ut idea Dei detur, quia cum ipse sit increatus, neque minimè subjectus operationi passivæ, expers invenitur principij, & cum idea, & imago debeat esse distincta ab illo, quod representat, quodcunque fuerit extra Deum, non potest esse suæ essentia infinite Exemplar, unde sequitur, quod licet, velit Sanctissimæ suæ Matris id ipsum participare, non potest suæ excellentiæ essentialis participare apices, cum sint supra Spheram mortalitatis. Totum hoc probare intendo, ex lineamentis illius illuminati Areopagitæ, nam omnes creaturæ, quædam divinæ essentia extant participationes, veluti vestigia ejusdem incomprehensibilis naturæ, & quasi suæ omnipotentia reliquiæ, atque ejus suppressi Imperij micæ, utique parva specula, seu veneranda numismata, aut Deitatis umbra, seu altissimum castellum, ex cujus fenestris, à longe aspicitur aliquid Deo intimum, negatum tamen omnibus illis, qui beati non sunt, quod quidem expressè S. Paulus exprimit: *Invisibilia ipsius à creatura Mundi, per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur, Sempiterna ejus virtus, & divinitas.* Itaque minima creatura figillum est minutissimum, ubi expressa sunt suorum insignium trophæa, & per quæ aliquid noscitur ejus nobilissimæ essentia, purissimumque divinitatis stemma. Sed hoc ipsum habent, & ipsi angeli. Quid autem Mariæ Sanctissimæ erit? Loquatur eloquentia S. Petri Chrysolostomi: *Tanta, inquit, est Virgo, ut quantus sit Deus, satis ignoret, qui hujus Virginis*

mentem non supet, animum non miretur. Tanta est virginis excellentia, tantaque meritorum abundantia, ut non facile sciat Dei magnitudinem exprimere, qui illam non mensuraverit prius per divæ Virginis magnitudinem: spaciatur itaque mens per creaturarum viridaria, profundos examinet maris sinus, solisque radios, alatum diaphani Elementi cursum, & stupeat stellatum intuens firmamentum, attendat ad corporis organici ædificium, perambulet, & elevetur mens usque ad Empyreum, nam adhuc non inveniet humanum desiderium, desideratum fundum, neque quid sit divina essentia, poterit mentis percipere oculus, neque laudare satis in quacumque ex ejus creaturis, sed si pervenerit ad speculandam Mariæ essentiam, inveniet, quod tunc enim in illa tamquam in Ciphra inveniet, quantum desiderat. *Tanta est Virgo.* Si enim Deus tam magnam fecit Mariam, pro se utiq; fecit: nam retribuit magnum faciendū Deum, & ipsa. *Quomodo hoc potest esse? Potestne crescere, quod est immensum? Potest augeri, quod est infinitum? si aliqua relatio temporalis creaturæ ad creatorem, quæ tam parvæ entitates sunt, à nullo ei conceditur theologo, imò ipsi negatur totum, quantum sonat incrementū, aut decrementum, quomodo potest aliquid divino addi esse, siquidem totum, quod est in Mundo per ipsum est? Quæritur, inquit Origenes, Quomodo anima Maria magnificat Dominum, si Deus neque augmentum neque decrementum recipere potest? Deū enim neque ditiores faciunt opes, neque minores, sumptus, aut expensæ: quomodo ergo Maria Sanctissima cum sit creatura, magnum poterit facere Deum? Sed cum ipsa dixerit, & ejus fidelis sit confessio: Magnificat anima mea dominum. Prodigiosum videtur istud cœnigma, sed advertere liceat, quod hominis anima, ad imaginem Dei est creata, & est sicuti speculum, in quo aliquid repræsentatur, & pari passu, quò imago in illo repræsentata crescit, pariter crescit, quod repræsentatur in illa. Pennicilli autem, quibus hæc imago coloratur, opera sunt ipsius animæ, quia cum ipsa sit spiritus, non crescit more corporeo, solum augetur perfectionis quantitate, operumque spiritualium, Sancta congerie, & quò magis pollitur virtutibus, & gratijs nutritur, crescit imago, & in illa crescit, & in anima Deus, quantum ad representationem, nam ipse est, quod repræsentatur in illa: Origenes super Lucam. *Unusquisque nostrum ait: ad imaginem Dei formans animam suam, aut majorem, aut minorem, ei imponit imaginem, sic igitur fecit imaginem, ut magnificaret eam opere: Sermone, &**

*Quomodo magnificat B. V. Dominum elucidatur.*

cogi-

cogitatione, tunc imago Dei grandis efficitur, & ipse Dominus, cujus imago, est anima nostra, itaque tunc fit anima magna, & imago ejus crescit operibus pijs, & Sanctis, & tunc fit magnus Deus, cum representatur in illa: si enim Deus aspicitur in peccatore videbitur minus, quam est, nam culpa pygmeum facit hominem, si natura Angelica vitata, non noscitur ejus eminentia, sed quando aspicitur in magna Mariæ anima, & in tergo ejus virtutum speculo, atque distento sinu, aspicit se ipsum, sicuti est, & ibi videtur, quantus sit Deus. *Tanta est Virgo.*

*Colossus Marthe, & Magdalena, devotum agit cultorem.*

*M. 27.*

**S.** *Luca cap. 10.* miror valdè, quod in Beata Virginis Assumptione, & in ejusdem Virginis decantandas laudes Magdalenam, & Martham tanquam sorores introducat S. Ecclesia, & illa die ad prædicandam coronationem Mariæ in cælo, gratiæque plenitudinem, & gloriæ sublimitatem decantari jubet, metiendo Virginis merita per earum præstita obsequia, hospitalitatem, & gratiam: nam Ezechiel, cum vidit illum mysteriosum virum, quadam virga, & funiculo civitatem S. Jerusalem mensurantem, & interiora civitatis, & templi, nil reservando, nam in illa civitate, & militati Ecclesia omnes gratiæ distribuuntur in pòdere, & mensura, non autem sicut in hoc sæculo, ubi favores, & gratiæ sunt electionis, non verò virtutis, volentisque, non verò merentis, ubi videtur potius demereri fore qualitatem, estq; dare torturam iustitiæ mensuras expectare, aut ponderare meriti: favoribus autè cæli secundū taxā gratiæ, & virtutis respundet mensura Gloriæ: solummodo pro gratia Mariæ, & ejus Gloria, non invenitur mensura, cum absque comparatione super cunctos SS. excellat. Damascenus *In oratione: Matris, inquit, & servorum Dei infinitum est discrimen*: sive sublimes sint chori Angelorum, & Sanctorum merita, Patriarcharum, & Prophetarum gloria, beatorum martyrum palma, confessorumque laureata societas, Virginum, ac viduarum laurea, in comparatione Beata Virginis est magna differentia. Videtur tamen, quod non, nam si de Beata virgine dicitur, quod sit plena de spiritu sancto, idem dicitur de SS. Apostolis, & de S. Stephano, ergo videtur nullam fuisse excessum aut discrimen inter Beata virginis Gloriam, & Marthæ ac Mariæ excellentiam? Ad quod respondet *S. Thomas 3. Part. Quest. 7. ait. 1. in corpore, & in responsione primi, & secundi argumenti* dicendo, verum fore, quòd S. scriptura S. Stephanum, & Apostolos, Spiritu Sancto plenos dixisse, gratijsque, & virtutibus ornatos, quia acceperunt, quod

*Non est facile invenire mensuram in humanis, ad B. Virginis decantandas laudas, & merita.*

quod necessariū erat, ut adimplerēt, quod sui muneris portabant onera, & quod in ordine ad istum finē, nihil ipsdē defuisset, bene possumus asserere, quod in illis S. Spiritus habitaverit, & plenitudinem virtutum habuissent. sed Angelorum Reginam plenam vocamus gratiā, & virtutibus ornatam, non, quia habuisset totum, cum illa perfectione intensiva, & extēsiua, quā Christus, nam hęc præfectio tantummodo fuit inventa in ipso sed tantummodo plenitudinē necessariam, ut mater Dei diceretur, & esset. *Virgo, inquit, S. Doct: Dicitur esse plena gratia, quia habebat gratiam sufficientem ad statum ad quem erat electa, ut scilicet esse mater Dei.* Cum autem hęc dignitas excedat infinitē, Apostolorum, ac omnium iustorum merita, inde est, quod excellat, & excedat cum infinita distantia omnes Sanctos, cum coronatur in Gloria. Quomodo ergo erit possibile, per merita Magdalenzæ, & Marthæ, Cum sint respectu illius tam curta merita, metiri, ac recenseri Mariæ Sanctissimæ? Tamen videtur mihi gratia singularis; medium, per quod detegatur Matris Dei excellentia. *Quo. Per merita SS. Sororum Marthæ, & Mariæ Magdalenzæ merito possunt B. V. M. gratia, & Gloria.*

modo? Reverberando ejus merita per reflexum, quæ in se erant invisibilia, aspiciendoq; in istis duabus sororibus tanquam in duobus speculis clarè, & apertè manent visibiles, & manifestæ ejus gratiæ, ac manifesta gloriæ. Mysterium enim hoc resplendit in fabrica Templi, ubi post sumptus, qua quaversus in laminis aureis, in Coronatione, & columnis, in Seraphinis, & denique in primore, & arte, tamen inquit, textus secundo Paralop. cap. 3. *Stravit quoque pavimento pretioso marmore, & decoro multo.* Ut quid? Providè planè, nam siquidem divitiæ, & ars, dexteritas, & excellentia laboris distabant tam altè, & coronatio templi ob suam celsitudinem, non possit visu humano facilè pertingi, cum essent celsitudinis centum, & viginti cubitorum, divina providit sapientia, ut in nitidissimo marmore, in pavimento strato tanquam in speculo clarissimo, in reverberatione inde resultante, potuissent homines videre, quod in se per altitudinem non poterant inspicere, neque ejus divitias integrè penetrare, ibi enim clarè viderant, quantum de auro, & picturis continebantur, & in templo, & in ejus coronatione. Idem autem dico, de vero templo Mariæ, in ejusdem Coronatione, hac enim devota fuit usus S. Ecclesia industria, nam Maria Sanctissima est Coronata in Cælo, quando assumpta, estque nimis alta atq; in superiori loco, & mentalis oculus non potest pertingere tam altè, & cum hoc S. Ecclesia non possit sat penetrare, aut mentis oculus, ut est in se intueri, quæ vivit quod

quoddam clarum speculum, videlicet Marthæ, & Magdalensæ virtutes, & merita, in quibus reverberatione secuta, quid animæ B. Virginis, & corpori novæ gloriæ accreverit in cæli hospitiis receptæ, aliqua contemplando cum Magdalena, amori ipsius dicata, & in Martha omnium SS. Sollicitudinem in ejus deprædicandam gloriam, quia cum in se non sit comprehensibilis illa nova, & beata nobilis felicitas, in isto duarum sororum speculo possumus illam investigare, & mundo, & ejus devotis notam facere.

*Colossus Per has SS. Sorores, ut bonus Pictor B. V. M. Excellentiam copiat.*

46. 28.

*Excellentie  
Deiparæ præ  
presertim in  
ejus Corona-  
tione recen-  
sentur.*

**C**ertum est, has sorores obsequioso in propria domo, Christo Domino ministrasse cultu, Magdalena utique ejus rapta amore, & tanquam famula ad ejus pedes, nec non Martha immemor sui ipsius sollicitè agunt in ejusdem Christi Dominio obsequiū. Benedictū planè hoc divarū sororū par! cum non solum sibi serviunt, sed & cum illa gloria, quæ fruuntur, totam domum implent gaudijs, participando eandem lætitiā cunctis, quibus ad earum intercessionem favere dignata fuerit præsentia Christi, utramque comendans Christus D. Magdalenam pro optima, optimæque mentis, & bonæ voluptatis servam, & Martham, pro provida, & sollicita erga ipsū, & economā.

De prima. *Quia optatam partem elegit, & de secunda, quia versatur erga plurima.* Hoc idem in Beata Virgine in cælū assumpta, Aula experitur cælestis, suos juvenis devotos intercessione tanquam advocata, & pijsissima peccatorum mediatrix, securiorem sibi promittens Patronam in cælis, quam eandem noverūt consolatricem in terris. Confirmat hoc ipsum *Andreas Cretensis oratione secunda. Ex quo translata es, & universus mundus continet commune propitiatorium.* Tanquam si dixisset, ideo te extulit in tantum Deus, & te in dexteram suam collocavit manum, ut liberiori, & majori manu, quam antea, possis agere apud ipsam sollicitatricis Marthæ officium, amorem maternum adjungens & ostendens pro propitiationis stimulo; *Te universus.* Ista fuit consideratio Mardochei, quando ejus consobrinā Esther vidit collocatam in majestuofo Reginae throno, eo tempore, quo populus Hebræus neci erat destinatus, ob aliquam informationem sinistram, interveniente sævitia, & ambiciosi Aman crudelitate, sed permisit Deus, quod Aman cecidisset in foveam, quam fecit, & quod patibulum Mardocheo paratum, servivisset Aman, tanquam Ministro iniquo. O si debuissent similes puniri, quot essent damnati in mundo? *Esther cap.*

*Esther cap. 4. Quis novit, dixit, Esther, Madortheo, utrum ad Regnum veneris, ut in tali tempore parareris.* Tamquam si dixisset, quis scit, an finis, quem Deus habuit in eo, quod te fecisset Reginam, & tuum coronasset caput corona, ad tantamque sis elevata gloriam, fuit ad præveniendum pro calamitate populi remedium? Non enim fuit hæc exaltatio gloriosa, ut te solum exaltasset, sed ut tua potentia repressisses superbi Aman audaciam. Idem puto, quod in hac Mariæ Sanctissimæ exaltatione, & coronatione in cælis intervenerit divina præventio, ut contra hostes Aman imitatores, invenissent peccatores assylum, & miseri, in te Protectricem, solatiumque, & indefinens refugium. Idem sentit S. P. N. Bern: dicens: Advocatam præmisit advocatio nostra, quæ tanquam Judicis Mater misericordiæ, suppliciter, & efficaciter salutis nostræ negotia pertractabit. Denique est nostra Martha Sollicitatrix in cælo, & est altera Maria amata à Christo Domino, & eundem tanquam Mater amans, ut devotè juvet plebem, oransque, ut suos aspiciat Paternis clientes oculis.

*Colossus Assumptionem Beatissime Virginis concelebrat.*

**A**ngeli enim, qui in Virginis Mariæ vita metiri non potuerunt, im-  
mensos suæ gratiæ gradus, noverunt utique in ejus gloriæ & coronatæ gratiæ beato cumulo. *Cant: cap. 6.* Quæ est ista, inquit, *que est ista, que progreditur, pulchra ut luna, electa ut sol.* Tanquam si dixissent: quæ est ista ingrediens in cælum, clarè lucescens, ante ipsam aurorâ, & formosa, tanquam majora luminaria in ipso firmamento cæli rutilantia? Quid est hoc? Qualis hæc exaggeratio? Quolis admiratio ista? Si istud encomium audiretur de aliqua creatura in mundo, fortè diceretur fore adulatorem aulicam, aut mundanæ exaggerationis figmenta, nam hæc peregrinæ impressiones, solent inter adulantes cineres palliari accensa livoris flammæ, & in alieno splendore, fascinare mentem. De quo enim est admiratio ista? De eo, quod ascendat in cælum electa ut sol. *S. Bern. serm. 7. de verb: divin:* Quando enim nascitur, comparetur auroræ, nocturnas fuganti tenebras, diei secum in gremio lucem veram portanti, quando autem concepit in intemerato divinum verbum utero, comparant Lunæ, quia ista lux participatur à sole, & sic Maria Sanctissima virtutes, merita, & gratiam à Christo Domino, tanquam à vero Sole. *Quando autem ex hoc mundo assumpta, atque ad æthereum thalamum translata, tunc electa ut sol.* Quando enim ascendit corpore, & anima de mortalitate triumphans procedit Virgo beata sicut Sol? Cur non comparant illam alteri planetæ?

N. 29:

*Cur SS. P. Maria in cæ- lum assumpta, comparatur Sol?*

Non

Non expedit. Quale ergo mysterium includit cōparatio, hæc? Maximū utique, resp. *Bern.* quia sol super bonos, & malos indifferenter oritur, sic ipsa quoque, præterita non discutit merita, sed omnibus se se exorabilem, & quæ clementissimam præbet, omnium denique necessitati, amplissimo quodam affectu miseretur. Sol quippe acceptor non est personarū, nō itaq; solū aspicit particulares, omnib<sup>9</sup> in genere verū suas comunicat luces, ad omnes, suos ostēdit radios, omnibus benefacit, in omnes influit, eodem modo Beata Virgo amicta sole, quia sicut amictus corporis tori corpori favet, sic prolixum Beneficæ Virginis pallium, Ecclesiæ militantis protegit corpus, omnibus præbens remedium, & diviti, & pauperi. O felix Regina, cunctorum benefactrix, ut Martha sollicita, amore plena erga corpus Ecclesiæ, quæ est corpus Christi, jam non ad suos in gloria pedes, sed ad manum dexteram illius sedens, qui manum habet tanquam omnipotens, super omnia, & omnes.

*Colossus semper est in armis contra hostes.*

*N. 30.*

*B. V. Potentia armato comparatur exercitui, ut hominis hostes ab illo abigat, fortiterq; defendat.*

Dignum planè admiratione, quod beata Virgo ab Angelis comparatur formato exercitui. Terribilis ut castrorum acies ordinata? Quod sit aurora, & ornata Sole, transeat, sed quod sit exercitus armatus, videtur contrarium ejus mansuetudini, atque benigno decori. Quid habet Regina, ubi strepunt arma, ubi agunt violentiæ, effusioq; sanguinis crebra? Tumultuantia labia, ubi ipsa natura horret, prostrata videre cadavera? Quid enim est bellum, nisi quoddam perire quotidie, inquietum somni excitatorium, frigidum vestire ferrum, quid debilis sexus cum fraemais & sagittis? Quid cum picis, aut lanceis? Ubi vitæ curtæ, tremunt aures, non est bonum miscere se inter densas pulverum nubes, ubi turbulentum Imperium, & rumor bellicosus, nil aliud est, nisi communis terror, continuusq; ululatus, & clamor, & denique quædam Babylonia, & confusio? Omnino. Ergo si bella tot & tantas calamitates secum afferunt, quomodo comparant beatam Virginem exercitui, & terribili? Ecce, quod Dominus Deus creavit substantias angelicas, & beatos, ut alternis Choris ipsum laudent, & ejus æterna fruantur beatitudine, & ex ipsis Angelorum Choris, formavit Deus Angelorum exercitus, & bene ordinatas classes, *Cant. cap. 7.* Quid videtis in *Sunamitide*, nisi Choros castrorum? Tunc enim dixerunt Angeli, in illo, dum, tumultu per Luciferū exorto, rebelles spiritus voluerant tyrannizare, & usurpare Dei gloriam, dicentes cum Lucifero, *Similis ero Altissimo. Esajas. cap. 4.* Ergo acciperunt



perunt arma fideles spiritus, & exierunt in campum, & habito confictu triumpharunt boni, & ceciderunt mali. O lucifer seductor, & seductus! quid fecisti? Gloriam utique auxisti fidelium, Et in quo ista gloria consistit? Quia fortè ex ista victoria, nō solum māserūt in præsidio cæli, pro cælo, sed ex tunc cum nova investiti sunt gloria, nominatiq; pro hominū custodia in terra, hoc voluit dicere, qui dixit: *Castra Dei sunt hæc.* Mūnent *Gen. 32. n. 2.* ergo armati Angeli, etiam si videantur gloriosi, ut possint Protegere, & defendere homines, eorum magis crescente gloria, quo plures habent sub suā cura, & vocentur Dei exercitus, eo quod humanum defendunt genus, & fideles ipsius, & Dei famulos militantes, sub omnipotenti tanti Domini vexillo. Ergo, per istud nomen, quod Angeli Beatæ Virginis imponunt, quando in cælum ingreditur, aspicientes immensam ejus gloriam manifestarunt nostram defensionem, positam fore, in hac assumpta in cælum Regina, dicentes intra se, opus est majori cedere fortitudini, & potentia Beatæ Virginis in cælū ascendentis, & quod nostra potentia ei cedat, & ejus exercitui, noster exercitus, & ejus armis, nostra arma, nam si illa nos defendit, & defendit omnes profectō nōs jam non egemus potentia, & viribus. Ad hoc alludit Guarricus Abbas: *Omnibus, inquit, Angelis potentior, cum Cælorum culmina ingressa est.* Quare omnibus Angelis est potentior? Quia ipsi exercitus Dei, quos antehac ex ipsis formaverat, quasi reformavit, & posuit in alio fortalitio majori, quod dicitur S. Mariæ assumptæ castellum, in quo intravit Christus in terra, & in cælo: *Intravit Christus in quoddam castellum.* Denique concludit S. Petrus Dam: dicendo, quod Dominus Deus dedit Beatissimæ Mariæ omnem in cælo, & in terra potestatem. *Data est ei omnis potestas in Cælo, & in terra, nilque ei impossibile.* Ergo interpella Angelorum Reginam, ut te juvet, soletur, ut beneficiat, & defendat: Nam Mater est misericordiæ, potens est, & simul advocata, ut in tuis miserijs possis respirare, respondendo prompta gratitudine, erga illam, fidei, atque indefinenti cultu, & devotione.

*Colossus verè penitens, instruit qualiter debeat fieri penitentia.*

**L**oquitur Tertulianus lib. de pen. cap. 9. de vera & Christiana cordis compunctione, & ait: *Despo habitu, atque victu, mandat sacco, & cineri incubare, corpusque sordibus obscurare, animum meroribus deijcere.* Itaque præconium penitentia videtur fore, cilicio armari aspero, & duro, cubare super nudum pavementum, cinere conspersam funestæ mortis, & humana caducitatis memoriam renovans, nostræ fragilitatis frænum li-

N. 31.

*Pœnitentia  
in veste, &  
impenitentia  
in corde, non  
conueniunt.*

centioso imponens appetitui: præterea nigro cor induere luctu, ubi suis scelerum antehac diversorium, contra benefactorem suppressum: his enim armis, oportet investire militem pœnitentem, super quæ verba, tanquam istius authoris interpres Zerda super idem *caput Tertul nota. 132.* Considerans hoc pœnitentiæ præconium, seu præconizarum meritò editum, planè ingeniosè circumstantias exquisitasque memorati præconij pœnitentiæ leges, ait sic: *Adverto mirum Tertul: cautum, qui nunquam inter tot voces hujus capituli, quæ pertinent ad penitentes, luctus meminerit.* Inculcantur profectò in illo, & vestes, & voces, & nomina, videlicet, saccus, cineres, cilicium, mærores, abstinentiæ, suspiria, sed non memoratur (singulari tamen cautela) ejus calamus alicujus luctus, *nunquam luctus meminerit*: Et videtur quid novi, siquidem planctus, & luctus est quasi panis quotidianus pœnitentis mensæ, & quando panis deest in mensa, quantum apponitur convivis, videtur nullius valoris, nam sicut dixit propheta parùm refert, quod pœnitens vestes laceret præ dolore, & interdum maneat cor intactum, sibi non condolens; ad quod respondet *Quippè luctus est mortuorum, at qui squalor, sordes, & reliqua rorum, & pœnitentium.* Tanquam si dixisset, luctus est ad plorandum mortuos, non se ipsum, pœnitentia autem debet esse talis, quod homo; qui est mortuus per peccatum, prius se ipsum lugeat tanquam mortuum, & postea poterit lugere alios, corpore mortuos, sed se prius spiritu defunctum. Cur autem Tertul: non posuerit istam vocem luctus non est, quia ignoravit, sed quia supposuit, nam optimè sciebat quasdam circumstantias, & quod nulla pœnitentia sit plenè perfecta, neque pœnitens absque planctu, nec esse in gratiam Dei receptum, aut per gratiam condonationis absolurè potest dici beatus. Unde in S. Evaug: habemus ex ore Christi Domini Matth: cap. 5. *Beati, qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.* Et cum nullum solatium sit pœnitenti majus quam ipsum condonantis gratiæ remedium, quod lugere oporteat, ut obtineatur per luctum, non poterat hoc ignorare Tertulianus.

*Colossus fidelis extat Testamenti executor.*

*N. 32.*

**Q**uarto Regum. 10. cap. dicitur in S. Textu, quod hæbrei, impij Regis Senacherib exercitum expoliârunt, cum Angelus octoginta quinque millia percussisset Assyriorum: *Nocte illa, inquit, S. Textus, venit Angelus Domini, & percussit in castris, Assyriorum centum & octoginta quinque millia.* Magna planè strages! De modo autem illos percutiendi diversa

Vari

Varij recensent Authores, Nicolaus autem de Lyra hic est, opinionis, fore inimicos, vel tactos fulmine, seu illorum cadavera in cineres fuisse redacta, *sub armis, ac vestibus intactis.* Mirabilis prorsus atque inauditus eventus! Ut quid in cineres redacta cadavera? Ut Ezechia<sup>e</sup> populus liberius frueretur spolijs, & absque labore eorum vestibus, & armis: ita, quod populus Ezechia potuit spolia facile colligere. Itaque cadavera in frigidis invenerunt Hebrei conversa cineres, quibus hinc inde dispersis, & a vento hinc inde disjectis, in proprias reversi fuerunt domos. Isti plane videntur optimi pro testamentorum executoribus, accipientes utique defunctorum spolia, & relinquentes eorum cineres, absque ullo honore, aut memoria: suae convenientiae, & emolumentum memores, cineresque illorum, vel vento oblivionis dispersos, atque omni honore privatos: verum si hoc ipsum a christiana pietate videremus executum, quid diceremus de hac impietate crudeli? Flebiliter dolere, & in admirationem rapi. Audi Eximium doctorem Labata in apparatu Concionatorum Tom: 2. ubi dicit: *A morientibus spolia tollunt, cineres relinquunt, hereditates, inquam, & legata morientium gaudentes adeunt, spolia eorum accipiunt, & cineres tant abominosorum tradunt oblivioni.* Non enim recordantur exequi testamentum ea parte, qua favent pie defuncto, sed ea parte, qua cedit in eorum profectum, aut manifestum commodum, substantiam depillantes, & in ossibus legata relinquentes, ad ignem utilitatis se calefacientes, & pie defuncti cineres, aeternae oblivioni tradentes, qua autem conscientia id faciant, ipsi viderint: quod enim pro comperto habendum est, videlicet infra illos injustitiae factae, animabus pie defunctorum, cineres, igne divinae vindictae latere, quo incendantur impij, & executores testamentorum iniqui. Ijs enim debebat fieri Quod Paschasius justus de Alex. ait: nimirum, quod Aleator quidam moriens (quasi parum in vita lusisset) testamento religiosè cavir: ut detracta cadaveri suo cute, ossibusque omnibus exemptis, ex his thessera fierent: ex illa verò, membranisque omnibus, alveolus, fritilaeque, quantum fieri posset diligentia, contegerentur. Illi enim in lusu, & luxu in alijsque profanis, substantiam, pie defunctorum absumunt, & ultimae voluntatis, pie defuncti, minimè recordantur, quid expectant de divina hi justitia, nisi, quod cum illis fiat, quod iste profanus Aleator, fieri iussit de sui cadaveris spolijs, convertendo in jocum, & lulum, quod potius debuissent in aeternum convertere luctum & planctum? O avaritia! Quomodo te praecipitas? Quomodo ad aeternam properas torturam?

*Executores Testamentorum, cum sibi sint boni, & defunctis mali. Deo, & mundo ex-nabiles.*

turam! permittet enim Deus, ut id, quod malè dispensasti in executoris munere, in te exequatur, ille met qui est integerrimus, ac justus vivorum atque mortuorum iudex.

*Colossus est Judex, sed cautus, non verò captus.*

*N. 33.  
Bern. super  
illis verbis  
Jeremiæ c. 4.*

*Judic. c. 16.  
n. 21.*

*Quando ra-  
dices manent  
peccati, faci-  
le repullulant  
in Samsoni  
bus visorum  
capilli.*

*Hic verifica-  
tur aliquod  
Gaietianum  
proverbum.  
Seame yo me  
riño, e seame  
de un Moyño.  
Hoc est: Sit  
mihi farina,  
etsi in mo-  
la laborem  
afinina.*

**B**ernard super illis verbis Jeremiæ cap. 4. sapientes sunt, ut faciant ma-  
la, bene autem facere nescierunt. Sermonem de miseria summa, sic al-  
loquitur. *Mirum est de te homo miser, quod ad mala sis totus avidus, prom-  
ptus, facilis, sapiens, sollicitus, ad bona autem totus durus, piger, tepidus,  
stultus, incredulus, rebellis.* Ad bona cæcutit homo, & ad sinistra nimis

acutus, & dexter. Quis diceret, quod Samson Cæcus factus, & ad mo-  
lam positus, ac damnatus, sit sua sorte contētus? Quomodo scies? Quia nō  
flet, neque dentibus stridet, neque contra malam fortunam conqueritur,  
neque malum dat verbum, militibus, aut iudicibus. Interim patitur, &  
tam graviter patientia, adhuc dissimulat? Quid faciet pauper? Est ab-  
sque viribus. Quomodo absque fortitudine, si postea apprehendit do-  
mus columnas, & corrue[n]te ista, seipsum cum aliquot millibus hominum  
miserè occidit? Ergo antiquas vires recepit. Quomodo? Quia rase-  
runt ei capillos, sed superficialiter, debuissent rasisse magis, ut num-  
quam radix mansisset fortitudinis. Idcirco ait sacer textus, *Quod in car-  
cere renasci inceperunt ejus capilli.* Et cur cum Philistæi viderunt rena-

scentes capillos, denuò non raserunt ejus caput? Non enim videtur  
consultum, cum potest repullulare malum, præcidere arboris ramos,  
securius videtur, totam eradicare integrè, & cum radice projicere ad  
focum, ne radice una reliqua, denuò germinet contra voluntatem Domi-  
ni, novas malignitatis propagines. Samson demùm in carcere, licet  
cæcus, & captivus, penès molam, laborat sedulus. Samson enim Dalila  
obcæcatus amore, & ob illam in carcere, & corpore cæcus, sed postquã fu-  
it factus Molitor vixit contentus. Quare? Quia molitor est penès molam &  
in ista farina, & semper in vestibus hærent aliqui ex illa pulveres & in  
illis aliquid de utilitate, & ubi aliquid interesse, intercedit, aut conveni-  
entiæ, ex cæcis fiunt oculati, ex sinistris dexteri, & ad malum faciendum  
proclives, & apti. Ad bonum autem sibi faciendum, tamquam mator,  
& viginti annorum iudex, parùm aut nihil cautus, in eo ab una fæ-  
mina deceptus, (nil magis pro iudice, & judicatura indignum) amisso  
honore, & viribus, mori debuit tamquam desperatus, homicidaque sui-  
ipfius.

*Colossus ait melius fore prevenire, quam preveniri.*

Veniebat Esau contra suum fratrem Jacobum, & offensus, armisque nec non, & vindicta stipatus, *Gen. cap. 2.* cui obviantes aliquot nuntij properarunt, & Jacob recensuerunt, ejus fratrem Esau fore in via bene munitum, & contra ipsum valde iratum, ejusdem sitientem sanguinem quadringentis veris bene armatis venire ad ipsum, cum ejus gente, & vita tollendum. Fermè autem Jacob tam multa audivit novalia, desuper quid agendum deliberavit: Nullumque efficacius invenit remedium ad ejus iram placandam, quam aliquod magnum prevenire munus, ipsique mittere: & planè Jacob cordatè fecit, nam sicut gutta cavat lapidem, sic dona mollescunt gentes, nam semper fuit amabile aurum, & potentissimus voluntatum Dominus, *Placabo*, inquit, *illum muneribus*, non enim est carcer, qui non aperiatur, nec mania, aut fortalitiu, quod muneribus non superetur, neque brachium justitiæ, aut Gratiæ, quod non distendatur, aut humanus oculus, qui non delectetur gratioso muneris contuitu, *Placabo illum muneribus*. Verùm quando hæc munera Esau fuerunt præsentata? Ipsemet se explicat. *Placabo illum muneribus, que præcedunt*. Not. ait, cum muneribus, quæ mecum affero, neque cum illis, quæ offeram, postquam advenero, melius est, quod præcedant munera, nam illa placabunt ipsum, etiamsi sit contra me iratus, fortius quàm ejus armis, meis possint resistere viribus, sic enim promittit sibi Jacob fratris irati flectere animum, idcirco dixit. *Postea videbo illum, forsan propitiabitur mihi*. Priùs fuit munera ipsi mittere, & videre illum, *postea fuit*, nam Jacob ut discretus prævenit illius animum præveniendò dono citius, quàm Esau prævenisset Fratrè ejus præveniendò morte & gladio. Adisce ergò, qui Deum habes offensum, & contra te, & ob tua peccata iratum, aliquot utique prævenias ejus iras, donis, ne ut vindex usque ad mortem te puniat varijs tribulationum flagellis. Quæ autem dona erunt magis suppremo Numini grata? Videlicet, ut restituas, quod illi debes. Quid ergo illi debes? Quod tibi hætenus condonaverit multa, ob quæ damnatus eras per culpam; quod illum offendisti, & non videtur te pænitere, cum non facias pænitentiam, quod debeas redimere Eleemosynis, necnon operibus pijs, malum quod tibi, & proximo intulisti, & istud malum non ploras; quod mortificare tenebaris corpus cilicij, Jejunijque, atque disciplinis, & potius te impendisti in carnis nutriendæ delicias, mundi, decipientis illecebras,

N. 36.

*Munera placabo cum Divos, sed aliter ad Divos placant.*

ac inimici communis astutias, & cum hæc negligendo ejus non præverneris iras, in magna tua versatur periculo anima. Contra bene enim armatum comparere inermem, non utique videtur viri cordati, nam multum sibi confidit, qui fortiorem se noscit inimicum, & non prævidet, neque curat imminentem ictum, atque periculum manifestum præ oculis videns, ac manibus. S. Ecclesia. *Ne forte præ occupati quaramus Spatium penitentia, & invenire non possimus.*

*Colossus Veneratur purissime Virginis Mariae conceptionem.*

N. 35.

S. Bern: ser.  
de Pent.

Sermone de Pent. *Tria in magno hujus opere cogitare debemus, videlicet, quid sit, quomodo sit, & ad quid sit constitutus mundus. Et in esse quidem rerum, inastimabilis potentia commendatur, quod tam multa, tam magna, tam multipliciter, tam magnificè sint creata. Rerum creatio mira*

Pro concept.  
B. V. Mariae.

Deum vulgat summe omnipotentem, & speciosam Divam Virginem Mariam absque labe conceptam effigiasse, & Virginitatem cum ejusdem Virginis fecunditate cunnisse, maximæ potentia inesse declarat in

S. Bernard.  
serm: 2. super  
missus est.

supremo artifice: quod quidem sic probatur. Quid ait: *Bernardus Proculus & de ultimis finibus præteritum ejus: Loquens de Virgine Maria? Respondet. Hoc est non vile, non parvum, non mediocrè, non denique de terra, sed de Cælo, & non de Cælo proximo præteritum hujus mulieris (nempe Virginis) sed à summo Cælo egressio ejus. In summo Cælo nil conquiretur est, ergo sibi inde egressa est, primus gressus in conceptione fuit purus. Et idem*

Idem serm. 4.  
super salve  
Regina.

Sanctus Serm. 4 super Salve Regina: Sic ait *De te Secretorum Salomon dicit: que est ista, que progreditur, quasi aurora consurgens. Aurora semper noctem sequitur, non præcedit aurora, quid autem est nox frigida, & obscura, nisi originale peccatum?*

*Colossus virtutibus cibatur Christum Dominum.*

N. 36.

Idem serm.  
71. in Cant.

Sermone 71. in Cantica super illa verba Cant. 2. 16. *Dilectus meus, pasce me inter lilia. Dominus nostræ animæ, inter lilia cibatur, id est inter opera pura, limpida, & Sancta. Cibatur ab ipso, quando sum temperatus, & mundus, deglutior, quando sum moribus, & neque durus per inobedientiam, neque frigidus per tepiditatem; sum sapidus, quando mores sunt conditi sale sapientia; sum digestus, quando transformor. Cum autem propria voluntas similibus caret circumstantijs, puritate, suavitate, odore, &c. Non cibabitur Dominus inter similes, imò jejunabit. Si modis jejunijs meis, inveniat voluntas mea, non tale jejunium eligit sponsus. Vigilia, oratio-*

tio-

tiones, Lectio, & alia in se opera grata, prorsus inobservantia dicendæ sunt. Minimè observantias illas, & si bonas in se, inter lilia sunt deputanda: jejunia sine mundo corde, faciunt jejunare Christum.

*Colossus non amat partialitates.*

**L**ibro de conscientia super illa verba Pauli ad Rom. 8. Neque creatura alia separabit nos à charitate Christi. *Cum tot, & tanta dixisset unum, scilicet propriam voluntatem, reticuit.* Cur? Talis est propria voluntas, quam nec nominare S. Paulus vellet. *S. Bern. serm. 3. De Resurrectione sic. Hæc est crudelis bestia, fera pessima, rapacissima lupa, leena savissima.* Ita est, quæ devorare intendit Josephum, imò Deum. Ecce Arioli & idololatræ, Idolis suæ voluntatis servientes, Idest suum velle adorantes, & Dei in despectu velle habentes. *Hi sunt unitatis diversores, inimici pacis, charitatis expertes, vanitate tumentes, placentes sibi, & magni in oculis suis, ignorantes Dei justitiam, & suam volentes constituere.* Partiales, seditiosi; concordiam subvertentes, spiritu contradictionis protervè omnia, & omnes audacter oppugnantès, nihil æstimantes, nisi suum dictamen, & sua magis facientes, & aliorum aurea opera, lutea reputantes, quod illi sentiunt, scribunt, dictant, decernunt laudabile, & quod alij volunt, & si Deus sit submurmurant ea, & parvi facientes, vellet perfidosos aperire? Partiales sunt subversores sui, & aliorum despectores.

N. 27.

S. Bernard.

lib. de consci-

entia sup: illa

verba Pauli

ad Rom. 8.

*Colossus, ut magis perpetiatur pro Christo, omnia gravia, æstimat levia.*

**S**ermone 44. in Cant. Super illa verba Cant. 5. Fasciculus myrrhe dilectus meus mihi: sic ait. *Propterea non fascem, sed fasciculum dicit, quod leve præ amore ipsius ducat, quidquid laboris imminet, & doloris.* Mundo Deum non diligenti, & peccatori non adamanti virtutem, onus grave, jugum asperum, videtur quidquid laborem sapiat levem. Verùm diligenti verè Deum, pondus magnum, minimus est amaritudinis fasciculus. *Et sermone 1, de dedicatione Ecclesie. Ecce scitis, quia verè svavis, & delectabilis est panitentia nostra, & ut ita dicam, amaritudo nostra dulcissima.*

N. 38.

Idem serm.

44. in Cant,

super illa ver-

ba Cant. 5.

*Colossus in cunctis se conformat cum voluntate Dei.*

**S**uper illa verba S. Luca. cap. 22. 42. Pater si possibile est, transeat à me calix iste, etiam erat ergo voluntas Christi, & bona erat, de qua dicebat, *fi- Idem super at voluntas tua, melior erat, quia communis non solum Patris, & ipsius illa verba S. Christi, & nostra. Bona erat prima, excellens, sed secunda excellentior, Luca cap. quia Pater volebat, & per filium redimere, & mundus optabat esse re-*

N. 29.

Idem super

Luca cap.

22. 42.

dem.

demptus, & Christus, si Patri placuisset, illum volebat redimere.

*Colossus libenter Divina se submisit voluntati,*

N. 40.  
Idem super  
illa verb. Act.  
cap. 9. n. 6.

**S**uper illa verba Act. cap. 9. n. 96: *Domine quid me vis facere.* Sermone 10. *Conversi: S. Pauli. O verbum breve, sed plenum, sed vivum, sed efficax, sed dignum omni acceptione.* Compendiosa via, ut pervenisset ad sanctitatis portum. Antea timere poterat Anania; modo verò ne metuas, quoniam Paulus vas electionis est mihi: nam quando suæ voluntatis erat, erat timendus Saulus, sed cum jam meæ subisset voluntati, abrenuncians propriæ, securè ambulas.

*Colossus vorus est obediens.*

N. 41.  
Idem serm.  
de duobus di-  
scipulis,

**S**ermone de duobus discipulis: super illa verba: Quia surrexit Dominus, & apparuit Simoni; non primùm Petro, non alijs discipulis, sed Simoni: *Videte nè forte, propter nos dictum sit, qui filij sumus obedientie.* Simoni, id est, & interpretatur obedientis, id est propria carens voluntate, sed cunctis fuit manifestatus Apostolis, quare dicitur Simoni? Quare non dilecto Joanni? Cur non minori Jacob, qui juravit in cæna, se jejunaturum usquedum videret resuscitatum? Sic Hieronymus citatus a Baronio anno 34. Quare non S. Thomas, qui singulari privilegio digitam in vulneribus, & latere Christi positurus, dicitur? Quia Simeon significat obedientem, & obediens debent alijs anteponi, honore speciali ditari, & primò visitantur, & præ alijs consolari merentur.

*Colossus hominum inconstantiã redarguit.*

N. 42.  
Idem super  
illa verba in  
sententijs.

**S**uper illa verba dixit in sententijs: *Christiani à Christo nomina acceperunt, opere præmium erit, ut sicut sunt heredes nominis, ita sint imitatores sanctitatis.* Contra quos conquæritur Christus in passione, contra Judam, qui erat discipulus, sed contra Malchum acrius. Non contra alios? Non. Fuit enim iste sanatus in auricula à Petro abscissa, & loco gratitudinis, & sanitatis in facie restituta, in faciem Christi inflexit alapam, & opprobria? Quid non conquærat Christus? S. Bonavent. *meditatio de Passione Christi.* Malchus, cui abscissam auriculam restituerat, dedit alapam Jesu dicens: sic respondes Pontifici? Idem Malchus in consequenter redarguitur Joannis 7. nunquam sic locurus fuit homo. Audi S. Cyrillum l. *Cyrillum lib. 11. in Joannem.* Arguitur: *Maximè minister injuriare non solum, quia dedit alapam, verùm etiam, quia ejus doctrinam admiratus est, eum modo cadit.* Qui ore laudant, & opere calumniant, etiam Deum offendant usque ad querelas, nec vult Christus hoc pati, Et in facie enorme scelus.

*Colossus*



*Colossus semper fuit bonus, & alijs, & sibi.*

**S**ermone de conversatione ad Clericos. Currunt passim ad sacros ordines, *N. 43.*  
 reverenda quoque spiritibus angelicis ministeria, homines apprehendunt, Idem. Serm.  
 sine reverentia, sine consideratione, aut illius timent imperij gestare coronam, de conversa-  
 in quibus avaritia regnat, ambitio imperat, dominatur superbia, & luxu-  
 ria etiam Principatur. Sacerdotes mali similes aquæ Baptismali, quæ rivos.  
 abluat, & mittit ad cælum, ipsa tamen in cloacas descendit. *S. Greg: Mag:*  
*hom. 17. in Evangelia.* Similes arcæ Noë fabris, qui illam fecerunt ad  
 salvandos alios, & ipsi fuerunt submersi. *S. August: serm. 34. de tempore.*

*Colossus amat in cunctis æquitatem.*

**L**ib: 3. de consideratione ad Eugenium 3. Diligite justitiam etiam. Pa- *N. 44.*  
 rum est justitiam tenere, nisi & diligas. Qui tenent, tenent, qui dili- *Idem. lib. 3.*  
 gunt, Zelantur. Verus iudex, qui justitiam sequitur, non sufficit amare, sed *de consid, ad*  
 ad finem, & usque in finem proficere. Quomodo? Quando injustitiam *Eugen.*  
 persequitur. Verus amator justitiæ est, qui illam usque ad conclusionem  
 amat, injustitiam persequendo formamque justitiæ tenendæ sic depingens  
*Lib. 4. de considerat: ad Eugenium ejus discipulum: Qui Regibus, Joannem, ut*  
*Herods exhibeant, Ægyptis, Moysen ob inobedientiam. Fornicatoribus*  
*Phineen, Contra turpitudinem amantes. v. g. n. 25. Zambri Dux de cognatione,*  
*& Cozbi fili Sur Principis nobilissimi Madianitarum. Clibam idolatriæ,*  
*Eliseum avaris, Petrum mentientibus, Paulum blasphemantibus, negotiatoribus Christum.*

*Colossus, ut ad majora ascendat, in minoribus prius se occupat.*

**H**omilia 4 super missus est. *(Vult à se requiri Deus etiam quod pollicetur. Idem Homil.*  
*& Deo forte multa, qua dare disposuit, prius pollicetur, ut ex promiss- 4. super: Miss-*  
 sione devoto excitetur. Exemp. gra. Pontifex vult aliquem ad thronum *sus est.*  
 evehere Cardinalitium. Quid facit? In rebus arduis eum ponit, aut Legatū  
 creat, aut Missionarium nominat, ut meritis, dum sit ornatus, non elatus  
 liberalitati attribuat promotio, sed meritis subjectum decorantibus.  
 Promittit ergo Deus, ut excitetur ad meritum, ne solus fruatur liberali-  
 tatis honore, sed homo sit aliquando honoris particeps. Homines è con-  
 tra, ut totum ipsis debeat, immeritis præmia largiuntur. Bernardus ut  
 supra: *Gratis ager, ne gratis tribuat.* Homo ingratis tribuit, ut videatur,  
 quod totum ultroneè facit.

*Colossus instruit, ut oratione petamus à Deo, quod obsecramus.*

**S**uper illa verba *Psal. 36. Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cor- illa verba*  
*dis tuis. Non oris, sed cordis, quia aliquando os à ratione discordat, Psal. 36.*

at cor menti, concordat. Ait quales sunt? *Quas approbat inditium rationis. serm. 5. de quadragesima.* Istasmet reprobatur mundus, nam pro indignis sunt beneficia, & pro emeritis opprobria. Quomodo ergo pendunt, aut quid? Corporalia, aut spiritualia. Prima ex necessitate. Secunda ex virtute. Prosequitur. *Sit ergo oratio, qua pro temporalibus est, circa solas necessitates restricta.* Mundus semper anhelat superflua ambire. Ulterius ait: *Sit oratio, qua pro virtutibus est anima ab omni impunitate libera, & circa beneplacitum Dei intentata.* Econtra mundus amat virtutes à voluntate petitas, non ab utilitate ortas.

*Colossus amat perseverantiam in virtute, detestans inconstantes.*

N. 47.  
Idem Epist.  
273.

Greg: Mag:  
lib. 34.

**I**dem Epistola 273. *Quod breve fuit tempore vel opere, longum esse consistat in pertinaci voluntate, ita ut si nunquam moreretur, nunquam velle peccare desineret, imò semper vivere vellet, ut semper peccare posset.* Cōsonat notiter Greg. Mag: l. 34. *Moralium c. 11. Voluissent sine fine vivere, ut sine fine potuissent in suis iniquitatibus permanere; nam magis appetunt peccare, quam vivere.* Id est: peccare est ab ultimo deviare sine. Et mali nolent in peccando finem ponere, adhuc voluntas obstinata sine fine vellet peccare, proinde pro gravi peccato lethali, datur sine fine pœna, quia sine fine voluntas delinquere non omitteret. Perseverantia deniq; in malo, trahit hominem in ultimum exterminium.

*Colossus à Deo adjuvus, semper ad altiora aspirat.*

N. 48.  
Idem serm.  
de triplici  
Miss:

Oleaster hic.

Apoc. 4.

**I**dem. *Serm. de triplici Misericordia: Difficilis prorsus res, & soli divina virtuti possibilis, susceptum in se semel peccati jugum à cervicibus excutere, qui fecit peccatum, servus est peccati, nec est iterum liberari, nisi in manu forti.* Qui sub forti desudat jugo peccati, difficile nisi Deo juvante liberabitur. Proba sic. Jacob vidit Angelos, scalam, & Dominum innixum scalæ. *Gen. 28.* Quare Dominus scalam tenet? Si Deus illam non firmasset, cum sit iter longum, & distantia magna, quomodo ascenderemus Cælum? Eriam si moribus Angeli judicaremur, perire sine tali adjutorio poteramus. Oleaster hic. *Dominus stat super scalam, ut ostenderet, neminem ad eum ire posse, nisi ille tenuerit viam ejus, & scalam firmaverit.* Et velles tu sine alis, ut Angelus; sine Spiritu, ut Spiritus; sine puritate incastus; sine scientia ignarus; sine amore tepidus; sine agilitate pondere scelerum gravis, sine manibus, & pedibus libertatis, quia à Diabolo religatus, ambire cœlestia? *Apoc. 4.* Paradisus, Angeli, tota beatorum cohors, ut ab Evangelista Joanne est visum, auditum, & relatum bene-

benedicebant ante thronum Deum. Sed viginti quatuor seniores mittebāt coronas suas ante thronum. Ut Primates caelestium incolarum, cur ad pedes Dei? Prosternuntur? Est humilitas. Adorant? Est laetitiae officium. Benedicunt? Est illum depredicare omnium bonorum fontem, & beneficiorum largitorem. Sed ad quid reponere coronas? Est respectus, nam coram Domino, qualis tegitur servus? Non erat satis ad manus dare? Non. Melius ad pedes jacent. Argutē D. Tb. hic. *Per hoc signatur, quod victorias vitiorum prorsus debemus Deo attribuere, in conspectu suae bonitatis, qua sedet super Ecclesiam regens, & Praesidens.* Ad pedes Domini ponunt coronas, & triumphos. Quia si ille non calcasset vitia: *Isaias 63.* Et inimicos, fortē victoria esset nulla. Cum autem victoria fuerit certa, conculcantibus pedibus Dei attribuenda. In hymno Resurrectionis. *Conculcans pede tartaros, solvit à penam inferos.*

D. Tb. hic.

N. 49.

*Colossus non amat illos, qui sciunt cadere, & non sciunt resurgere.*

Idem. serm.

27. in Cant.

**I**dem Sermonē 27. in Cantica super illa verba: *Proverb. 24. Septies cadet justus, & resurget.* Sic ait: septies cadit justus, & septies resurgit; si tamen cadit, ut se cadere videat: sunt enim aliqui ita caeci, aut ignorantes, quod nesciunt, an ceciderint, & resurgere cupiant: sunt alij, qui diuturnē suis inhaerent oblectamentis, nec desiderant à luto mundari, & requirant manum adjuvantis: sunt & alij, qui etiam si auxilijs juvantur, manum porrigere nollunt, nec accipere adjutricem manum.

*Colossus non abuitur prosperitate.*

N. 50.

**I**dem Lib. 2. de consideratione: super illa verba *Psal. 39. Cor meum deliquit me.* Ait: *Sapiens David, sapiens Salomon fuit, sed blandientibus nimis secundis rebus, alter ex parte, alter ex toto desipuit. O Prosperitas, ne quot in laqueum, & in profundum demersisti! Desipit nonnunquam, qui multum sapit. Sapere ad sobrietatem, & temperatē ditescere, ad serenam vitam conducit.* Idem Lib. 2. de consideratione ad Eugenum. *Sicuti multus cibus malos generat humores, ita & multa scientia malos mores, à quibus facile in insaniam devenitur.* Sic Tacitus loquens de Siculo à Tiberio proclamato, ita, quod statum illius erigere præceperit in foro, Ex post autem, in præcipitia scelerum deveniens, labitur usque ad postremam perniciem. Inquit. *Nimia fortuna solvors. Arist. Prol. 30. Qui multa diu speculantur, facile non à ratione alienantur.*

Idem lib. 2. de

consideratio-

ne.

N. 51.

Idem tract.

**I**dem tract. *Suarum sententiarum.* Quatuor sunt genera hominum *Regnum Caelorum possidentium; alij violenter rapiunt; alij mercantur; a-*

lij

*lij furantur; alij ad illud compelluntur.* Quales sunt, qui violenter rapiunt? Illi, qui semetipfos cogunt, passiones frænant, deserunt mundum, & fiunt voluntarij pauperes, de quibus dicitur: *Beati pauperes spiritu Matth.* Emptores sunt eleemosyna: ij de quibus Christus Dominus per *S. Lucam 6. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant in eterna tabernacula.* Qui furantur, sunt, qui clanculariter, & alijs inscijs virtutem acquirunt, sicuti illa. *S. Matth. 9. Quæ intra se dicebat: Si tetigero tantum simbriam vestimenti, ejus, salva ero.* Quales sunt compulsi? Pauperes, infirmi, claudi, angustiati, de quibus scriptum *Exi cito in plateas, & pauperes, debiles, & claudos compelle intrare, ut impleatur domus mea. Luca cap 14.* Hic Sancti. *Compelluntur multi varijs necessitatibus, & oppressionibus afflicti.* Multi enim per pœnam temporalem, quam patiuntur, tolerantes propter Deum, consequuntur vitam æternam.

*Colossus valde juvenis sanctam ingressus est Religionem.*

N. 12.  
Idem in festo  
S. Petri.  
serm. 3.

**I**dem In festo S. Petri serm. 3. *Nec tamen, si quis peccator est, desperet de eo, tantum ut resurgere velit, quanto enim durities permanebit, tanto evadet difficilius.* Beatus enim, qui tenebit, & allidet parvulos suos ad petram. *Idest, parvulos Babylonis: etenim si creverint, vix poterunt superari.* Vulnera antiqua difficilè medentur. Quando est infans peccatum, facilè ut mala herba eradicabitur, cum excreverit altas radices habens, evellere est valde laboriosum. Pro conversis, & ad Religionem divertentibus.

*Colossus inter pauperes, & pauperes, scit discernere valde bene.*

N. 13.  
Idem serm.  
12. in Cant.

**Q**uare S. Bernardus dixit *Serm. 12. in Cant. Quod unguentum Magdalena non fuit perditum, quia pauperibus erogatum?* Esse tunc perditum si in beneficium effunderetur Christi? Non. Sed ipse dixit, *Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis.* Et non econtra: quod mihi fecistis, meis fecistis, Pietas enim est, caput Christi cum hoc inungere unguento. At debet in hoc casu præferri pauper, cum plus egeat mendicus solatio, quàm Christus hic, & nunc isto obsequio, quia absque hac poterat Christus vivere pietate, & voris foret solis contentus. Sed mendicus absque eleemosyna est impossibile, ut subsistat, aut vivat. *Videsne quam sit præferendum ceteris istud pietatis unguentum, de quo solo non est permissum perditionem fieri. In tantum perditio non fit, ut neque aqua frigida munus irremuneratum sinatur.* Tanta itaque est excellentiæ eleemosyna, ut Christus habeat pro perditio, quod ei, & non mendico, quando opus est, dispensatur. Nam Christus sibi providere potest, quidquid velit: mendicus

dicus verò, non ubi velit, & quantum velit, sed solum id, quod aliena ei suppeditaverit charitas, sibi comparare potest. Mirum tamen videtur istud, de quo maxima habetur cura, ne perdatur, & in ejus comparatione, etiam si cætera pereant, non attenditur, aut non multum curatur, sed quod hujus pretiosi unguenti nil amittatur, sollicitus attendit bonus æconomus, è pane etiam si una, aut altera amittatur mica pauperibus destinata, aut ex aquæ frigida haultu aliqua pereant guttæ, dum præsentatur mendicis, non multum curat largitor, aut bonorum remunerator operum, sed de unguento nihil debet amitti, nam magnum foret crimen, Quare? Quia est pretiosum, & quia Magdalena in amoris officina confecerat, & Christo Domino dedicaverat, & ista reflexio sat erat, ut non perderetur, imò in competenti servaretur loco, tanquam donum ab amante Magdalena præsentatum Christo, *S. Matth. cap. 26.* Hic enim omnes discipuli dixerunt: *Ut quid perditio hæc?* Sed *S. Joan: cap. 12.* ait: Solum Judam Iscariothem hæc protulisse verba: Verumtamen intervenit error: apud discipulos inadvertentiæ, & apud Judam nequitia, nam hic pauperum prætextu, volebat ex illo facere nummos pro insatiabili avaritiæ replendo ventriculo, discipuli verò providentiam fore majorem putarunt, salvare superfluum, ne urgente alicujus morbi domestici occasione, ad vendentes sicuti virgines, faruæ pro oleo currere Apostolici collegij sumptibus fuisset opus. Sed cum id Mendico donatur, Christo præsentatur; nec modicum ex illo charitatis unguento debet perdi, nam est unguentum amoris, quia charitatis, & est unguentum amantis, quia amoris, & quia una Gutta ex hoc pretioso unguento valet plus, quàm millenæ ex ordinario, nam ijs lucratur nummus, sed modico charitatis cælum. Ideo dicit Christus: *Esurivi, & dedistis mihi ad manducandum.* Et quid sequitur? *Venite Benedicti percipite Regnum.* Sed si esurit multum pauper, & datur ipsi modica eleemosyna, quid comedit in illa? parum, sed istud parum, fit pretiosum, eò, quod ob Deum elargitur, & ob ejus amorem donatur. Sicuti solemus dicere, ne perdatur in arduis eventibus tempus, quia tempus est pretiosum. Quare pretiosum? Quia aliquando instans temporis perditum, potest in bello hosti dare triumphum, & cum illo coronam perdere Rex, & sceptrum. Ergo si Magdalene unguentum est pretiosum, nil quod detur pauperi ejus obest pretiositati, imò fit pretiosius donatum Christo Domino in paupere, & cum ob Christum largitur egenti. Et si injusto capillus de capite

*S. Matth.  
cap. 26.  
S. Joannis  
cap. 12.*

capite non peribit: Cur debet nec gutta istius pretiosi unguenti deperdit? Imò sicut capilli capitis, simul cum capite coronantur in cælo, nec modica charitas irremunerata in alio perfectæ fruitionis manebit mundo, neq; ut tantum perdatur bonum, videtur unquam consultum.

*Colossus nemini aliquid debet, nisi Soli Deo.*

N. 54.  
Idem in de-  
clam.

**I**dem in Declam. Cur dicitur quod Judas multos habuisset loculos, cum esset ipse, & discipuli Christi pauperes? Imò quia pauper erat multos habebat, sed in cunctis parum, sicut solent habere mendici, verum pauperior cunctis Judas, quia licet multos habuisset loculos, sive aliorum, sive suos, pro conservanda pecunia, sed nullum pro ira Dei recipienda, aut expectanda, aut salvanda vita. Bernard: *Judas non loculum, sed loculos habebat, utinam saperes miser, & intelligeres cum Thesauris pecuniarum Thesaurum ira pariter cumulari.* Si enim Judas foret cordatus, habuisset duas crumenas, unam pro pecunijs congregandis, & alteram pro causatis debitis, & creditoribus iratis, sed hæc est hominum plane infania, thesaurizant, sed non cogitant, quid, aut cui debeant. Nam si debita sunt prorsus majora, quam possessa bona, parum miser habet, qui plus, quam habet, debet, præsertim cum agat cum creditore Deo, & simul judice irato, qui non solum auferet pecuniam, sed cum pecunia vitam, & cum vita dabit mortem sempiternam.

*Colossus libentius audit, quam loquitur.*

N. 55.  
Idem serm.  
12. in Cant.

**S.** Bernardus serm. 12. in Cant: Cur dixit, quod homines aliquot, *Mallunt ante effundere, quam infundi velint, loqui, quam audire?* Libentius enim homo effundit, quia effundit ad nutum, sed si in eo aliquid alius infundere velit, nõ accipit ad opratũ, sed ad alterius votũ. Et voluntas propria nunquam fuit contenta, nisi ad suum gustum omnia ipsi eveniant.

*Colossus est valdè abstemius.*

N. 56.  
Idem Epist.  
196.

**E**pistola 106. Cur ait: *Quod Christus exiit de latibulo Prophetarum, & egrediebatur ad oculos piscatorum, deque monte umbroso, & condense, tanquam sponsus de thalamo suo profiliaverit in campum Evangelij.* Quid enim habent oculi piscatorum? Sunt intenti ad capturam, qua cessante, periclitatur vita. Agunt cum piscibus, & libenter his vescuntur. Et Christus hoc desiderabat, quia amabat abstinentiæ observantiam. Jejunia Andrea, Joannis, Jacobi, & Petri, alliciunt Christum, ut in lucem prodeat. Quia cum regnum ipsius non sit esca, & potus à fortiori debebat

bat esse, jejuniorum observantia. &c. Propterea Moyses (Exodi 32 n. 10.) Exodi 32. n. Volens Deus punire populum ob vituli idoloatriam, quasi cum precibus 10. derinuit dicens: *Dimittite illis hanc noxam, vel dele me de libro vita.* Mag-

nus erga populum amor, sed fuit parum durabilis: nam populus in aliud vitium pejus prolapsus, in non pro illis petit, sed quasi sui indignum regiminis, mallet potius mori, quam similibus præesse. Quare petit mori, quam ipsis dominari? Quia ad gulæ incitamenta divertit intentè, & nimis in cautè, Ergò erit majus vitium cibis impleri, quam fictam Dijs alienis venerationem præstare? Omnino. Nam ad idoloatria est vitium, quod est, vel potest esse solum, sed gula, qui præmittitur, in infinita prolabitur vitia. Num, cap. 11. n. 13. *Non possum solus sustinere hunc populum, quia gravis est mihi, sin aliter tibi videtur, obsecro, ut interficias me.* Num, cap. 11. n. 13.

Regnum quod consistit in esca, & potu, Deus meus! non est pro me, propterea vel alium eligas in hoc munus, vel malo mori, quam præesse. E contra verò abstinentia, virtutum regnum magis stabilitur, contra vitiorum insultus. Optimè sciebat hanc artem Phariseus, quando dixit: *Non sum sicut ceteri, raptores, iniusti, adulteri.* Ergo si non est ex vitij patria, erit ex virtutum provincia? Ita est. Quomodo id probat. *Quia jejunat bis in Sabbato, & dat decimas.* Non dixit, quia te amo, quia elemosynas distribuo, quia diligenter oro, quia cilicia porto, quia infirmos curo, hospites libenter habeo: Sed in suo conceptu, & multorum, his omnibus præponi debebat jejunium, tanquam clypeus contra animi motus, & forte vitiorum scutum, & malleus. S. Ephrem in Cat. græca. *Satietas Ephrem in Cat. græca.*

*Supri Pater est, & in saturitate reperietur lascivia.*

*Colossus est consummatus in perfectione.*

Quare Tract. de diligendo Deo, vocat Deum finem consummantem, & non consummentem? Nimirum super illa verba: Psal. 11. n. 9. *In circuitu impij ambulam, sic ait: Ambulant naturaliter appetentes, unde finiam appetitum ambulando Deo.* Unde propinquant fini, dico fini, non consumptionis, sed consummationis. Quæ ob rem non beato fine consummari, sed consumi vacuo labore accelerant: qui magis rerum specie, quam auctore delectati prius, universa percurrere, & de singulis curant experiri, quam ad ipsum curent universitatis Dominum pervenire. Sunt enim peccatores consummati non in virtute, sed in verborum inanitate, in cogitatu iniquitatis, in operumq; fallibilitate. Sed frustra, quia à vero aberrantes sine, continuam patiuntur vertiginem, quæ non ad scopum collimantes, pertingunt, imò solent cadere ad terram, ubinam sint,

sint, ignorantes, neque se, neque Deū, neq; ad optatū pervenientes finem. Idcirco qui nimis multū secularibus intendit, difficilior ad Deū pervenit.

*Colossus Verbi Divini amans, quia docet, & nutrit.*

N. 58.  
Idem serm.  
67. in Cant.

**C**ur dixit Serm. 67. in Cant. Super illa verba à Sponsa dicta. Nimirum: *Dilectus meus mihi, & ego illi, quia triplici eminet gratia, quia sermo est delitiosus, ad Saporē solidus ad nutrimentū, efficax ad medicinam? Ex eo quod suaviter sonat, affectum mulcet, & de sensuum ubertate mentem impinguat, & nutrit, & de altitudine Mysteriorum, dum intellectum, quo pl<sup>us</sup> exercet, plus terret, miro modo tumorē sanat instantis scientiæ. Mirus dicendi modus! Sapor expectat ad gustum, & ad auditum verbum: Quid ergo habet auditus cum palato, neque palatum cum svavi verborum sono? Habet namque, & intellectus suum gustum per auris organum, ex sermone percipiendum. Si durus auditur sermo, menti videtur amarus. Veluti accidit Judæis, cum Christus dixerat: *Caro mea verè est cibus.* Sed vox dilectionis, & animæ sponsæ, & Sanctæ, nulli malè videtur sonare: & quid nutrit? Mentem. Nam sicut stomachus cibis, mens alitur quasi ferculis, verbis seu suum condimento, refertis: & denique, est medicinalis sermo, dum ab inflammationis febre curat, aut præservat sermo plenus mutui amoris. Propterea non dixit sponsa *Dilectus meus mihi* solū, sed addidit: *Et ego illi.* Ut mutuo fænore, parique affectu, neque ille inflaretur Amatus, neque ipsa gloriaretur, quod foret solū dilecta. Fere omnes de scripturæ dulcedine id intelligunt, præsertim *Disertissimus Pater Mendoz* in 4. libr. Reg. Annot. 1. in Proem. sect. 2. §. 12. Verū ego litteræ inhærens, de sponsa Deum diligente, & de Deo diligente animam, sic discorro, & dico: quod Deus est animæ, & anima DEO. Quod verbum svave pro Dei gustu ad audiendum, sermo substantialis, & nutriens, qui à Deo exivit, in Deique substantiam convertitur, veluti animæ alimentum, & verbum dilectionis medicinale, quo timoris morbus è mente excutitur. Ex quo inferitur, quod ille sermo est Deo gratus, qui in se continet saporem gratiæ, ut gustetur, vimq; nutrimenti solidi ad retinendum, & statum vitæ probæ conservandum, & vim medendi, dilectionis S. remedio, contra superbiæ agritudinem, ex nimio amore timendam.*

N. 59.  
Idem serm.  
de Goliath,  
& Davide,

*Colossus sedulus est Concionator.*

**C**ur dixit Serm: de Goliath. & Davide. Cur comparat verbum Domini illis quinque lapidibus de torrente acceptis? *Quia* (inquit) *Verbum Domini nullis fluctibus cedens, manet in æternum.* Cur enim illi lapides, cum



eum forent ex torrente, aquarum impetus non secum potuit accipere ? Quia erant nimis ponderosi. Sic & prædicatoris, qui ad pugnandum contra gigantes vitiorum vires assumunt, debent esse ponderosa, solidaque, ne invidia, aut iniquitatis torrens illa dispergat, & in profundum inanitatis submergat.

*Colossus odit puerilia, præsertim in Cathedra.*

**S**ermone 64. Ex parvis: super illa verba 3. Reg. 19. n. 3. dixit: Nimirum quod Elias, dū venit in Bersabee, Dimisit ibi puerum suum. Dimittere (inquit) Debet puerilem sensum, vel pristinum actuum debilitatem. Verè S. Paulus 1. ad Cor. cap. 13. Optimè hoc expressit cum dixit: Cūm eram parvulus, cogitabam, ut parvulus, loquebar, ut parvulus, quando autem factus sum vir, evacuavi, quæ erant parvuli. Quis enim crumenam plumbo habet plenam (si vult ibi reponere aurum) non curat abjicere plumbum? Quid enim est Bersabee? Puteus Satiæ. Qui enim non vult in puteum cadere famis, aut debilitatis, huic hæreat satiæ puteo: Et qui vult profunda penetrare scientia, exuat pueriles cogitandi, aut loquendi sensus. Marura enim sermozinandi ratio, non debet viridia intermiscere eloquia, neque cum parvulis cogitatibus, contentari mens sensata. Dimittat puerilem sensum. Id est loquatur sensatè, qui vult à pueris in discurrendo secerni.

*Colossus humilitatem amat, detestaturque superbiam.*

**C**ur enim dixit Sermone 64. ex parvis. In hoc sacro lætisonis pelago, agnus ambulat, & Elephas natat? Si pelagus est, quomodo potest Agnus ambulare sine periculo submersionis; & Elephas, qui magnus est, eget natatione, ut evadat submersionem? Quia verè, qui ignorantia præsuperbia laborat, non scit ambulare, nisi ducatur, eget namque natate, & vires adhibere multas, si vult salvari in dicendo, aut in agendo, sed Agnus, quia humilis, suo naturali passu incedens, voragine difficultatum solèt vincere ambulando, quas non devincet robustus quidem elephas superbiendo. Natet utique, fortiter, strenuè, & laboret, & ad natandum erigat caput superbum, si vult non luperari ab undis, vel à spumis abyssi miserè deglutiri: qui enim natat, ab aquis super aquas ducitur, sed qui ambulat sine tot laboribus, suos scit dirigere gressus. Damnatur superbia cum præsumpta intelligentia, & extollitur agnina simplicitas supra elephantis arrogantiam.

N. 60.

Idem serm.

64. ex parvis

S. Paul. ad

Corinth. c. 13.

N. 61.

Idem serm.

64. ex parvis

vis.

*Colossus in omnibus se conformat cum suo statu.*

N. 62.  
Idem serm.  
39. in Cant.

**S**ermone 29. in Cant. Cur ait turturum tempore viduitatis ramo viridi non aspidere, inde inferens virides hujus sæculi delicias fore fugiendas? Quia verè *Voluptatum* (inquit) *Virentia, veluti virulenta fore vitanda consuevit.* Nescio, an vidua turtur, ramum viridem horreat, ne sua sterilitate inficiat ramum, vel ne inficiatur à ramo? Si primum, debet ætiam mari attentio, si secundum, castimonia debet laudari. Credo istud secundum eam deitinere. Cur? quia turtur conjugata, solet ibi insidere; & ne æstimetur conjugata, dum statum viduitatis deplorat, non libenter locum conjugatorum intrat. Contra illos, qui suo non conformantur statui, & amant in viduitate, conjugatis se immiscere.

*Colossus, vivit mortificatus, ideog; in prosperitate securior.*

N. 63.  
Idem Dom.  
palm.

**C**ur Dominica Palm: dixerit sic: *Licet multos frangat adversitas, tamen multo plures extollit prosperitas?* Vasa enim lutea sumus portantes, & ego dico vitrea, quia non est debile vitrum tam facile, & expositum fracturæ, quam homo, vas adversitatum ventis agitatum, & concussum. Sed his malis pensatis, plures sunt, qui gladio prosperitatis corruunt, quam turcicâ frameâ pereunt. Quare hoc? Quia prosperitas multos facit incautos, & sic facilius cadunt, quam illi, qui adversitatibus affliguntur, quia sibi nimis benè, ne cadant, attendunt.

*Colossus agit Prælatum mitens.*

N. 64.  
Idem Serm.  
29. in Cant.

**C**ur Serm. 25. in Cant. ait: *Fideles Præpositos, se medicos, non Dominos agnoscere?* Quia bonus Princeps, plus attendit medicè cum suis agere, quam seriò in peccantes irruere, ex vindicta enim solet magis aggravari morbus, quam ex levi medicinæ lenimento, & sunt ægri tudines, & animi ægroti, qui ferro correctionis nimis pereunt, quam, qui svavi verbo medentur: Et verè dura facilius lenibus medicantur, quam duris remedijs restituantur. Propterea illi sunt optimi Principes, qui nolunt perdere, quos habent, sed, ut illos conservent, sedulo student. Immitis Prælati plus rigore solet perdere, quam quos asperitate putat lucrifacere.

*Colossus dolosos pati non potest.*

N. 65.  
Idem serm.  
41. de modo  
bene vivendi

**C**ur dixit serm. 41. de modo bene vivendi. *Quod Diabolus expavescat, quando spirituales homines videt virtutum armis accinctos, & in unitate concordie vivere conspicit. Non verò timere nos a jejuniis, quia ille bene vivendi non comedit, neque nostras vigilias, quia ipse nunquam dormit, neque nostram paupertatem, quia ille nihil habet. Timere verò vehementer nostram*

*concordians, quia hoc tenemus in terra, quod ipse in celo tenere noluit. Est planè magnum tormentum perdidisse pacem, & non solum illam non posse acquirere, sed videre illam in suo contrario, & illo minori in dignitate. Hoc est, quod diabolus mortificat, & indefinenter excruciat: si enim inimicum hunc devincere velimus, lorica charitatis induamus. Propterea nos volens Paulus instruere dixit: *Induimini Dominum Jesum Christum.* Profectò unus est Christus, unus est Deus, non duo Dii, non duo Christi, aliter utique, & quidem doli amatores, veri fraudum practici, geminoque corde à semet artefacti, adulationis studiosæ Architecti, morbida, atque laborantes hypocrisis, suspiria, quippè, vi extorquentes, lugubres insultus ingeminantes, funerea facie pro rostris comparantes, in cordis verò latibulo, cæteros subridentes, & ad nauseam luxuriantes, cunctaq; & cunctos bonos, & bona invidentes, crudeles erga pauperes, & erga seiplos immisericordes; acivè, & passivè falsè fallentes, tot induentes nequitia vestes, quot habent varios vitiorum mores. De quibus *David Psal. 11. In corde, & corde locuti sunt.* Et *Eccles. imprecans ultimum ijs Psal. 11. malum ait: Væ duplici corde, & labijs.* De corde, satis hæc intelligitur sententia, verùm de labijs, non facile percipitur, nam unico, quis loquitur labio? A fortiori enim debet duplex intervenire, dum quis loquitur, labium. Ita est, duplex requiritur labium, idest, labia duo, per modum unius, sed non duplicia labia, idest duo labiorum paria, videlicet aliquando veritatis labijs, aliquando labijs mendacij: Væ subdolis, quandoque labijs demulcentibus, quandoque proximorum corda, vitam, & bonam sagittantibus famam, Si enim omne malum est, & improbatum, cur duplici utens corde, duplicibusque labijs, non erit duplò cor malum (utiq; aut improbi) ac reprobatum?*

*Colossus jugum Christi semper pro suavis, habuit.*

*N. 66.*

**I**dem *Epist. 72. super illa verba Matth. cap. 11. Jugum meum suave est, Idem Epist. & onus meum leve, ait: Num verè leve est, quod portantem non gravat, 72. super illa sed levat? Quid eo levius onere, quod non solum non onerat, sed & portat, verb. Matheus portandum imponitur.* Juga mundi levia si sunt, onerant multum, *ib. cap. 11.* gravia supprimunt: at virtutum gravia si sint, levia amanti apparent, & sunt. *Idem sermone 1. de dedicatione Ecclesie. Hæc utique in hac visibili domino fuerunt Pontifices, Hoc est Christus assistens Pontifex futurorum bonorum invisibiliter operatur in nobis.* Sine cruce non possumus sequi Christum, sed si ipse non molefecisset unctio, quia Christus, est idem ac unctus, quis

sub

sub tali non obrueretur pondere. Prosequitur: *Et sine unitione crucis asperitatem quis ferre possit?* Si mollescit mortificatio, sufferri potest; sed valde dura, quando suæ relinquitur naturæ, asperitati &c. non adeo. *Colossus fugiens à peccato, sed nunquam à memoria illius, ut magis horri ead malum.*

N. 67.  
Idem ad fratres  
de Monte  
Dei.

**I**dem *Ad fratres de Monte Dei*: super illa verba *Davidis psal. 54. Descendant in infernum viventes.* Qualis precatio ista? Adhuc morientes, ut in infernum descendant homines, videtur amarum, ergo durius, quod viventes eant. Est optima precatio, iusta, misericors, pia. Quare? Audi S. *Descendant in infernum viventes, ne descendant morientes.* Sicut enim contemplando *caelestia, in amorem beatitudinis rapimur ardentius, sic & dolores inferni, ut horreant, & resugiant, & hoc est, quod imprecantur orantes.* Homines è contra, neque vellent aliquid de periculo audire futuro, aut timendo præcipitio, quod in eorum memoriam venisset, male habent. Verum falluntur, nam si consideratio expectatæ felicitatis, aut fortunæ, homines oblectat, & ad illam avidius desiderandam, aut amandum inclinat, eum ad detestandum, & abhorrendum infernum, & mortem, quam timemus, non debemus horum esse memores, ut à peccato ob ipsa fugiamus?

*Colossus leges amantis optimè intelligit.*

N. 68.  
Idem super  
illa Verba  
Cant. 2. serm.  
74. in Cant.

**I**dem super, illa verba *Cant. 2. Revertere dilecte mi. serm. 74. in Cant: hæc dicit. Fortè se subtraxit, quo avidius revocaretur, teneretur fortius.* Amoris est ars elongari parùm, ut intensius pro bono oremus perditio. Duo- bus probat exemplis, Sanctus. Fatigantur in mari discipuli, & Dominus itinere se accingere voluit, ut dilato succursu, ardentius eum invocarent: secundo, duo discipuli pergunt in Castellum, & Jesus cum illis, tamen finxit se longius iturum. Quare? *Nec tunc quidem istud volebat.* (ait) *Sed magis probare fidem, & ellicere precem.* Quoties amor maternus fingit absentiam, & prolem ad tempus deserit, ut iteratis excitet prolem precibus in ea novum amorem, & in prole ferventiorè experiatur fidem.

*Colossus, quid est bonum, non ignorat.*

N. 69.  
Idem. serm. 1.  
de Epiphania

**I**dem *Sermone 1. de Epiphania-* *Quis quis desolationem non novit, neque consolationem agnoscere potest* Non magnificat pacem, neque quantum bonum est bonum pacis: qui inscius est, quantum malum, est malum belli; neque æstimat quantum bonum sit libertas, qui nescit quantum malum sit servitus; neque salutem multum curat, qui, quid sit morbus, ignorat, & quantum dum caput, & dentes dolent, cor doleat,

*Colossus male habet dolosos.*

Quare non erit damnum quod Elisæus duplicem ab ejus Magistro  
petierit Elia spiritum? *4. Reg. cap. 2. n. 9. Fiat in me duplex Spiritus.* N. 70.  
Ratio adest: quia Elisæus duplicem petijt spiritum, non utiq; *4. Reg. cap. 2. n. 9.*  
aliud, sed eundem, verum duplo majorem, & non à se factum, sed ut  
in illo à Deo per Magistri preces, & merita petijt, ut fieret. Verum sub-  
doli, non petunt à Deo, nec ab alio, ut in illis duplex fiat cor, aut dupli-  
cia labia, non enim petere egent ab alio, nam ipsimet sibi faciunt, prout  
volunt, & quando ipsis venit ad caput, & ex illo ad linguam, facile ex  
uno corde faciunt duo, unum nimirum, quo amare alios dicunt, & aliud  
cum aliter sentiunt. Unde *S. Jacob. ep. 1. cap. 8.* ait: *Vir duplex animo,* *S. Jacob. ep. 1. cap. 8.*  
*inconstans est in omnibus vijs.* Quomodo in vijs? Quia hodie eunt per  
viam laudandi, & cras per viam maledicendi, hodie per viam sincerita-  
tis, & cras subdoliæ intentionis.

*Colossus optimè noscit se, & alios.*

Cur dixit *Lib. 1. de considerat. ad Eugenum.* *Non quia Pater pauperum* N. 71.  
*es factus, ideo non pauper Spiritu es, in te hanc mutationem factam* *Item lib. 1. de*  
*esse confido, non de te: nec priori statu tuo successisse?* Quia multi sunt qui *considera-*  
dignitatibus mutantur, ita ut homo illos non noscat, neque ipsi, se. Est *tionem.*  
quoddam balneum abluens dignitas. Et si promotus est æthiops, de-  
bet recordari suæ obscuritatis, ut non infletur auræ favorabilis, & culmi-  
nis vento: quod mutetur status, transeat, sed maneat immutabilis virtus,  
Mutetur in homine munus, sed cum officio, homo non mutetur. Indu-  
at homo purpuram, sed vestis sit proba vita. Contra illos, qui ad dig-  
nitatem promoti, sunt non qui antea, sed valde à virtute degeneres. Non  
gratis dicitur honores mutant mores, nam aliquando ille, qui ante dig-  
nitatem vivebat absque honore, in illo positus, neque se noscit, neque ab  
alijs noscitur, non se, quia oblitus, quis & qualis fuerit, alios spernit,  
& seipsum usq; ad astra extollit, atq; erecto collo incedit: Hos enim depin-  
xit illo in carmine David: *Homo cum in honore esset non intellexit, compara-  
tus est jumentis insipientibus, & similis factus est illis.* In quali honore?  
Quia ad imaginem, & similitudinem Dei, fuit factus. Quia præerat a-  
nimantibus cunctis; Quia fuit erectus, os dans sublime, cælumque vi-  
dere, & demùm quia factus est ad fruendum Deo. Et hæc omnia non  
intellexit, aut intelligere voluit? Non. Neque hoc intellexit, neque se-  
ipsum. Quare? Quia debuisset intelligere, hæc omnia, & tam hono-  
rifica,

rifica, absque ullo accepisse merito, imò, quod ejus principia fuerunt ex nihilo, ex meroque luto: quia hæc non intellexit, homo ad deplorandum venit statim, ita, ut inter jumenta comparativè computaretur. Quod utique S. P. N. Bernardus homini condolendo, sic exponit citatus *Ab Hugone Card. Heu quomodo de grege facta est egregia creatura: Puto dicere jumenta, si possent loqui: Ecce Adam sicuti unus ex nobis factus est. Vnde hinc bestiali similitudine, similitudo Dei mutata est.* Verùm si non tunc, lenta massa? Quid lutum, & emortua favilla? Adhuc non intelligit hominibus? Non. Ergo comparatus est jumentis insipientibus. Quare insipientibus? Quia nesciunt, quid super se portant, tantùm æstimant vertere auri pondus, ac si portassent S. V. firmum: nec noscunt, quod etiam si portent super se aurum, aut gemmas, tam asini manent, ac antea. Verùm enim est, quod potestas culminis, nil aliud est, quam tempestas mentis; sed qui dignitatis vestitur auro, debet putare, quod non desinit esse homo, & hac facta reflexione, qua homo debuisset humiliari, & qua in honore positus non superbire. Neque alij hos noscunt, nam vanitatis, & interni tumoris larva, mala, & smucida nativitatis tegunt cunabula, bonaque fatuorum morum deliria, vicissitudine mira, nam agnum vident mutatum in lupum: mansuetum, in feram, virum, in virus: hominem in Leonem, & rationem aliquando in bellum.

*Colossus non facile imitatur Mercurium, nisi transeat de bono in melius.*

N. 72.  
Idem lib: de  
interiori do-  
mo cap. 62.

**C**ur Libro de interiori domo cap. 62. dixit: *Facilius atomos dinumerare possum, quam mei cordis motus?* Quia, sicut mundi pulchritudo in varietate consistit, motus verò animi, quò magis sunt varij, eò plus anima, & spiritus sentit. Est enim mens inquieta, & quò magis argentea, magis viva, & argento vivo simillima, quod non facile in uno quiescit loco, imò hinc inde vagatur, & continua rotatione movetur. Est namque quæremonia contra mentis inconstantiam, & levitatem primi motus imculpatam. Sed quis hoc naturali non laborat morbo? Fere nullus. Pauci tamen conqueruntur. Sed S. P. N. Bernardus erat tam purus, quod his levitatibus optabat carere, ut mens integrè in Deum moveretur, liber ab his, animus, compedibus, dum agitur. Multi hoc non sentiunt, neque curant multum, quia in Dei amore langvescunt.

*Colof.*

*Colossus amat anime, & corporis munditiam.*

**C**ur dixit *Serm. 2. ad fratres de altitudine cordis, Quis calibem vitam,* N. 73.  
*vitam caelestem, & Angelicam dicere vereatur? Quomodo non jam*  
*nunc estis sicut Angeli in Cælo à nuptijs penitus abstinentes? Angeli quidem*  
*terreni, aut potius cali cives. Castitatis elogia à dulci P. promuntur. Castitas ma-*  
*Nam qui carnis sunt omnimodè expertes, Angelico, suo modo, co-* 10r, magis ad  
*æquantur statui. Est profectò, quasi naturale, quod qui minus de car-* Angelicam  
*nis illecebris sentit, eo plus mundior inveniatur spiritus, & qui integrè puritatem*  
*est castus, diversificatur ab Angelo in eo, quod est terrenus, non in eo, accedit.*  
*quod non sit sicut Angelus, imò inter cælestes cives numerandus.*  
*Magna virtus est castitas, quæ licet in terra posita, angelico fruitur no-*  
*mine, & quasi in incolatu foret cælesti.*

*Colossus amat constantiam in benè agendo.*

**C**ur dixit *Serm. 34. in Cant: Super illa verba Psal. 104. v. 4. Querite fa-* N. 74.  
*ciem ejus semper. Existimo, quia nec cum inventus fuerit cessabitur,*  
*à quærendo: non extundit desiderium Sanctus felix inventio, sed extendit.*  
*Est planè insatiabile desiderium Sanctum, præsentiaq; divinæ animus cupi-*  
*das. Cum habetur, quod desideratur, desideratur, ut dulcius, utq; ple-* Cor huma-  
*nus habeatur, semperque habeatur non ad oculum, sed faciè ad faciè.* num semper  
*Querite faciè ejus semper. Sed si jam habetur, cur denuò desideratur? est inqui-*  
*Cur iterum quæritur? Non quæritur, quia est faciès solum, sed ut sit e-* etum, usque  
*adè semper, & non alià. Amor enim Dei, est alius à mundi amore. In mun-* dum perve-  
*do enim amantur multa, non quia sunt, sed quia sunt alia, & usquedum ap-* niat ad fru-  
*petitus, quod sint alia inveniat, se inquietè molestat. Sed castus Dei* tionis cen-  
*amor, eandem quærit faciè, & ut sit eadem semper quærit, & inventa* trum.  
*id quærendo, avidè studet. Desideratur faciès Domini eadem, Sponsi,*  
*Patris, non judicis; faciès clara, non obvelata; vultus gratus, non of-*  
*fensus; dulcis, non amarus; faciès videntis, non terrentis. &c.*

*Colossus libenter condescendit ad omnia, quæ sunt Dei.*

N. 75.

**Q**uare dixit: *Serm. 11. in Psal. Qui habitat: super illa verba Joann. 1. n.*  
*n. 51. nimirum Angelos Dei ascendentes, & descendentes super filium*  
*hominis. Ascensio (inquit) Propter se, descensio, vel potius condescensio propter*  
*nos? Quid est condescensio? Est enim descendere cum alio: & quis iste* Devotio erga  
*est alius? videlicet Christus. Tanquam si dixisset: condescendunt An-* Angelos Cu-  
*geli in illo, quod desiderat, vel ad quod inclinatur Christus. Ad quod* stodes com-  
*ergo inclinatur Christus? Utique ad misericordiam inclinatur, sicuti quando mendatur,*  
incli.

inclinaverat se, ut absolveret Samaritanam, & in cruce, inclinat caput, ut finem imponat, scilicet, Redemptioni nostræ. Et cum Angeli sint viarum custodes, *Ut custodiant te in omnibus viis tuis.* Est quippè gloria planè viarum custodum, ut nil mali in eis eveniat, sed quod pacem conciliet, emergat.

*Colossus est valde misericors.*

**N. 76.** **C**ur dixit super illa verba *Cant. cap. 1. n. 2. Oleum effusum nomen tantum.* *Ubi est illud ego Dominus? Profectò Majestatis ac potentia nomen, in Rigorem justissæ cum lenitate temperandum, videtur consultum.* id, quod est pietatis, & gratiæ, quomodo transfunditur. Bene conveniunt inter se ista: nimirum: quod sit Dominus, & oleum illius, oleum Domini, vel Dominus olei. In quo ergo distinguitur oleum Dominorum à Servorum oleo? Non solùm quia est melius, sed quia convertitur in substantiam Domini, Servorum verò in substantiam servi. Qualis est substantia Domini? Est caro, & sanguis, id est humanitas. Ita enim mollescit per oleum, sicq; erit humanitas Domini, quædam humanitas mollis, corrigens, & temperans dominationem. Ita ut seria Domini severitas, transeat in mansuetudinis dulcedinem, & olei misericordiæ lenitas non amittat totum, quod habebat, de rigoris dominantis serietate.

*Colossus paupertatem affectat Spiritus.*

**N. 77.** **C**ur in suis declamationibus dixerit: *Longè aliud est in luto aquarum, in fundo divisi maris, iter carpere, aliud quoque novi, gressibus undam calcare omnia relinquendo, sed tempori gratiæ, hæc prerogativa debebat ut.* *Paupertas Spiritus tunc magis lucet, quando homo propter Deum relinquit se ipsum.* Petro novum iter, & novi typus itineris servabatur. Pro Judaico populo dividatur mare, ut transeat nil relinquendo, sed omnia portando, verùm Petrus, qui normam Evangelicæ perfectionis tenet, super tuentes ambulet fluctus, quia relinquens omnia propter Christum, natæ super undas prosperitatis non quærat, nã in natatione, dum, man<sup>9</sup> laborant, aliquid apprehendunt de aquis, sed qui illas calcant, parvi æstimat dum conculcat. Ita perfecti, & Spiritu pauperes, bona hujus sæculi in pretio habeant.

*Colossus munus Sanctè, & purè exercet Sacerdotale.*

**N. 78.** **C**ur *Lib. 2. ad Eugenum de consideratione, dixit: Fugienda est otiositas, Mater nugarum, noverca virtutum; in ore Sacerdotis, Blasphemia.* Quantum os, & lingua Sacerdotis, quotidie Deum gustans, & manus eum palpans, ab otiositatis labe debent esse aliena. S. Doct. exprimit.



*Colossus alter est Salomon in iudicando.*

**S**uper illa verba: Cur honor Regis iudicium diligit *Psal. 98. v. 4. Sed præceps amor, nec iudicium præstolatur, nec consilio temperatur, nec pudore frænatur, nec rationi subijciuntur?* Amor namque verus nil curat, dum quod optat habeat. Multùm Regina Saba suum amabat dictamen, idcirco excogitato consilio, invisere Salomonem aggreditur, neque debili sexus parcens fragilitati, neque prolixi itineris incommodis. Ecce enim coronata apparet coram Rege. Quid ergo prærendit? Illum tentare. O quor passus non dat ad tentandum curiositas, & aliquando muliebris levitas! Et in quo tentare cupiebat? *In enigmatibus 3. Reg. cap. 10.* Mirabilis præsentio? In quibus ænigmatibus? In varijs. Verum *Grichis. à Principibus ferm. 47. quadrag. unum notat singulare: Nimirum duplicem Salomoni, ait, obtulisse flosculum, unum è naturalibus floribus, alium verò tam singulari elaboratum artificio, ut vivariis visus debuit æquivocari in intuitu. Sed sapientissimus Salomon ad verum formandum iudicium, examen apum, in cubiculum iussit includi, & oblatos flosculos non procul ab apibus reponi, & ecce apes, ad veros avolantes flores, atque fictos ad partem relinquentes, novit Salomon discernere inter verum, & falsum, quando Regina Saba falsum cum vero confudit, ad probandum Salomonis ingenium. Ecce, quod iste Rex, & Regina iudicium diligunt, sed præceps amor Reginae, curiositatis intuitu, putavit capere Regem in ignorantia rete, nullum prius petens consilium, nec muliebri frænata pudore, nec ut rationi subjecta procedens, putans absque iudicio Regem cum potius Sapientis regis munus, aliud non sit, quam diligere iustitiam, & iudicium. Nescio tamen, quid Salomon respondisset, si illa obiecisset, ut quid ad apes recurrere erat opus, cum melius, & proprius, possit inter veros, & falsos flores iudicare olfactus, quàm cum periculo, nimis cuspidatos apum experiri aculeos? O Iudices! Et O Iudicium! Si agitur apum moribus, cum discerni possit causa, solum olfaciendo, quis habeat iustitiam, & qualis causa litigantium magis, & verius floreat.*

*Colossus ad minimum verbum cause attendit, dum iudicat.*

**C**ur 18. in Cant. dixit: *Meam ad hoc induit formam, ut suscipiat causam.* Loquitur de divini Verbi Incarnatione. Si enim Angelus, vel aliquis alius, causam susceperet hominis, fortè perdidisset litè, ut autè illam non perderet, cum erimen læsæ majestatis foret, studio hominis formam Verbum Divinum suscepit, quia processui hominis deerat unum

N. 79.

*Judicium Salomonis venit à Principibus imitandum.*

N. 80.

*Divini Verbi Incarnatio, quàm proficua homini.* verbum solum, sed valde essentialè, & substantialè, ut substantiaretur causa, & illo inserto foret, & ferretur favorabilis in hominem sententia. Et hoc fuit Verbum Divinum, nam alterum, non sufficeret, ad infinitam tanti reatus redimendâ offensam. Satisfactio debet enim correspondere culpæ, nam pro crimine gigante, non sufficiunt vires pigmeæ.

*Colossus optime scit invenire virtutis medium.*

*N. 81.* **S**erm. 57. in Cant. Agens de vita activa, & contemplativa cur dixit. *Inter has vicissitudines mens fluctuat, metuens, ne forte alteri eorum plus justo inhereat.* Spirituales non parùm laborant, ad inveniendum virtutum medullium, ne aut excedant, aut parcè agant. Si dormiunt, timeant, ne diu protrahatur somnus; si vigilant nimis, ne charitati contradicant; Si comedunt, ne contra temperantiam delinquant; si sunt nimis abstemij, ne corpus miserè langvescat; si vacant lectioni, ne contemplatio conquærat; Si autem in oratione diu mens persistat, ne muneris animus oblitus, Martha querimoniam contra Magdalenam dicat. Ergo, ut sit anima absq; timore isto, metiri debet tempus, & juxta illud, studeat quisq; utiq; suo vacare ministerio. Hoc pulchrè deducit Sanctus Scribens fratribus *De altitudine cordis serm. 4.* duplici exemplo; dicens: *Manus laborant, & auris non clauduntur ad audiendum, nec ad videndum oculus obseratur.* Sicut qui videt in vulneribus ligaturam, ipsa mens sub pannis vulnera meditat, sic & laborante corpore, mens quoque ipsa, intentâ sit suo operi, ne otietur.

*In omnibus, præsertim virtutibus, invenire medium studeas.*

*Colossus est abstemius.*

*N. 82.* **C**ur Sermone 4. de Quadragesima. *Quod jejunium non solum delet peccata præterita, quæ commissimus, sed & repellit futura, quæ committere poteramus?* Nil efficacius ad cassandam culpam, quàm adhibere abstinentiam, quia cum omnia peccata esca sint appetitus inordinati, defrescit appetitus incendium, sublata quidem materia ciborum.

*Abstinentie Laus.*

*Colossus scit trahere, & trahi, cum oportet.*

*N. 83.* **C**ur dixit S. Bernardus Serm. 21. Super illa verba Sponsæ, *Trahere me post te, curremus.* Quod austerum est, & durum videtur mihi retineo, & dico singulariter, trahere me: quod verò suave, & dulce, tibi dico, tibi communico, & curremus. Meo videri in eo, quod unus trahatur ab altero nullus intervenit labor, imò est decentia, commoditas, & favor, sed in currendo, præsertim post sponsam, qui multum currit, magna intervenit lassitudo, & corporis enervatio. Ita est. Sed sponsa utrumque faciet op-  
timè

timè officium, & trahi, & currere: quia in eo, quod trahatur, denotat fore Dominam, & in eo quod post eum currat, servitutem, & in dominatione non vult admittere parem, sed in cursu, non curat, sibi habere, in servitute, similem. *Curremus.* Verum hæreamus S. Doctrinæ. Labor utique est trahi, quia qui trahitur, ad nutum trahentis movetur, sed qui currit post alium currit, ad placitum aliquando velociter, ut perveniat, aliquando parum tardè, ut quiescat.

*Permitti à Deo trahi, Summa felicitas est.*

*Colossus amat liberalitatem, & interessatus odit.*

**C**Ur dixit: *Serm. 12. in Cant: Si dives mulieri pauperula dicat; ingredere tu ad prandium meum, sed quem gestas, infantulum, relinque foris, quoniam plorat, & molestus est nobis, Nunquid faciet? Nonne magis eliget jejunare, quam exposito pignore, sola prandere cum divite? Verè hujus sæculi gratiæ semper fuerunt cum aliquo amittendi onere.*

N. 84.

*Colossus nullum scit despiciere.*

**C**Ur *Serm. de gratia, & libero arbitrio inquit: Bonus est panis, sed eserienti: potus delectat, sed sitientem.* Denique saturato, cibus, potusque jam non sunt grata nec accepta, sed gravia. Bona enim in tantum extimantur, in quantum appetuntur, sed si non desiderantur, neque aspiciuntur. In hoc enim fallibilis sæculi deprehenditur. Cū enim egemus aliquo, veneramur, hoc cessante, vel despiciamus, vel parum curamus.

N. 85.

*Colossus dono lachrymarum est dotatus.*

**C**Ur *Sermone de fallacia presentis vite ait: Aqua inopia non modo cor aridum, sed sordidum facit, dum non est, quo laveris; & humanum lachrymas nesciens, non modo durum, sed & impurum esse, necesse est. Est cor humanum ex pulvere, quod absque humiditate insolefcit, & ædificium humanae structuræ inficit, & meris sordibus replet, si autem lachrymis humefieret, & procul pellerentur fordes, & mundum undique appareret. Quam efficaces sunt lachrymæ ad abstergendum cor, quantum defectu, manet durum, ut lapis, & impurum ob carentiam abstersionis. Confirmat id Sanctus serm: de conversatione ad Clericos Cap. 19. Purgatur lachrymis oculus, antea caligans, & acuitur visus, ut intendere possit in serenissimi luminis claritatem. Læsus oculus non libenter aspicit lucem, imò amat caliginem, pulvere, aut sordibus nutritam, & nullum efficacius remedium, quam ploratus, quo visus acuitur, & oculi purgamenta lavantur. Nullū prorsus efficacius pro pænitentia remediū.*

N. 86.

*Penitentia donum, necessarium animæ est lavacrum.*

*Colof-*

*Colossus omnes aquè amat.*

N. 87.

**C**ur Serm. 63. in Cant. dixit: *Gaudent Angeli ad penitentiam peccatoris. Quod si delicta Angelorum, lachryma mea, quid dolere?* Quis enim non de dolore gaudet patientis, cum è dolore ortum ducat salus ægro- tantis, eo plus gaudebit de sanitate obtenta, quando melior est salus post dolorem, & sine dolore gratiæ vita. Hoc est in Angelis, sed in homine crediderim aliter. Gaudent enim de alterius dolore, immemores sanitatis. Imò si hæc futura esset certa post dolorem, nollent fortè dolorem, ne eveniret bonum illud speratæ sanitatis.

*Colossus optime peregrinatur à Domino.*

N. 88.

**C**ur Serm. 7. in Quadragesima dixit: *Peregrinus via regia incedit, non in- elinat ad dexteram, aut sinistram si iurgantes viderit, non attendit, si nubentes, aut choros ducentes, aut aliquid aliud, nihilominus transit, quia peregrinus est.* Homines verò sunt peregrini nomine, sed in re nil quod peregrinum sit solent facere.

*Colossus perfectum scit agere Religiosum.*

N. 89.

**C**ur Super illa verba Cant. 4. n. 2. *Capilli tui sicut greges tonsarum, quæ ascenderunt de lavacro. ait: Serm. 63. ex parvis. Quam bene Ad- nachis tonsis ouibus comparantur, qui a revera tonsi sunt, quibus nec corda, nec corpora, neque aliquid mundanum in proprietate relictum est. Nil habent proprium oves, Lana est Domini, caro ementis, gressus pastoris, sola munditia est propria, quæ pauperulam ornat oviculam, & magis sibi pauperior, Domino suo est gratior. Sic, & Religiosi, quò magis Spiritu pauperes, eò plus illos amat Deus, & Superiores.*

*Colossus etiam si sit filius Eve, non apparet.*

N. 90.

**C**ur De gradibus humilitatis dixit loquendo cum Eva: *Latenter in cor- tuum serpens illabitur, auget curam, dum incitat gulam; acuti curiosi- tatem, dum suggerit cupiditatem; offert prohibitum, & auferit concessum; & malum, & porrigit pomum, & auferit paradysum?* Quia verò filij huius sæculi serpentes accipere totis vestigiatores, dant parum, & malum, ut auferant multum, & ho- rum, libenter num, & pro uno pomo concessò, vellent integrum pro retributione the- saurum. Per aliam utique viam it meus Colossus.

*Colossus cordicitus amat egenos.*

N. 91.

**C**ur dixit Serm. 16. in Psalmi qui habitat: *In auribus Dei desiderium ve- bemens, clamor magnus?* Quia in hominibus clamor magnus pau- peris non facile exauditur, quid faciet desiderium, nuditas muta, facies fa-

famelica? Pertransijt egenorum necessitas, & neque audiri optatur, neque videri aliquando permittitur, ne compassio digna, ad solvendum, aut solandum pauperem excitetur.

*Colossus habet os plenum circumstantijs.*

**C**Ur ait *Serm. de triplici custodia*: Nunc ponenda ori nostro custodia, & ostium circumstantie labijs, ut nec lethalis pernicies liberum sortiatur egressum, nec vitalem edificationem clausura damnet aeterna? Est namque lingua aperta, sicut os stulti, quæ facile oppletur muscis. Ergo referenda est, ne nociva intrent, & aperienda, cum de ceat, ne cum bona velint ingressum, inveniant os obseratum. Loqui suo tempore est circumstantia, loqui tali, & tali loco, est prudentia, loqui tali, & tali personæ, est circumstantia, loqui alè superbo resistenti, & leniter humili tibi prostrato, est prudentia: istud est ostium circumstantiæ, hoc est tali, & tali circumstantia, illud habere apertum, & sine illa semper obseratum.

*Colossus Sacramentum Penitentiae extollit.*

**C**Ur dixit *Serm. 26. in Cant. Suppressus dolor, altius introsum radicitus, eo acerbior factus, quo non est exire permittus; fateor: victus sum: exeat, necesse est, foras, quod intus patior?* Febris interior, dum os, aut labia exterius serpit, & grotans non tantum patitur, sed latens interius potentius urit, & vehementius angit: non est remedium, ut decrescat dolor, quam si vicino aeri participetur, vel interiectis suspirijs, vel comunicatis malis. Sic & peccata confessa, minus cor gravant, dum medico spirituali dicuntur, quàm cum in corde servantur.

*Colossus studet diligenter dieta.*

**C**Ur *Serm. 30. in Cant. dixit: Timotheus hic erat, da mihi alium Timotheum, & ego cibo illum, si vis, etiam auro, & poto balsamo?* Est enim difficile uti vino, & medico; plures inveniuntur Noëmistæ, quam Timothei, abstemij enim paucis sunt contenti, sed gulosi fermè cuncti infatiabiles.

*Colossus scit celebrare festa Fori, ut decet.*

**C**Ur dixit *De interiori domo cap 70. Quid aliquod homines facere nesciebant sabbatum ex sabbato?* Quid enim est sabbatum? Dies utique pro quiete destinatus, & à labore vacuus. Quomodo ergo faciemus sabbatum ex sabbato? Festum in feito, & non diem, in Festo, infestum? Quietem ex quiete, & non ex quiete inquietudines, & ex recreationibus, salutis animæ, & corporis notam pernitiem, vel ut Sanctus ait ibidem:

N. 92.

*Ad loquendum bene, magna requiruntur circumstantie.*

N. 93.

*Remedium contra illos, qui in confessione suas paliant miserias.*

N. 94.

N. 95.

*Qualiter Fe-* dē: *Vacantes corpore, & vagantes corde.* Ast Sabbathum dies pro quiete cor-  
*sta Fori de-* pori dispensatus, & tunc anima non Sabbathum, aut à labore quiescit, sed  
*beant celeb-* illecebris vacat, æstu libidinis ardet, ad comotationes divertit, excita-  
*rari.* tur ad rixas, in vitijs nutriendis desudat, de vindicta cogitat, & inquiete  
vaga, hinc indè in sinistris cogitatibus laborat.

*Colossus perfectè studet Orationi.*

*N. 96.* **C**UR dixit *Serm: 52. in Cant: Quod oratio sit quedam dormitio, que ta-*  
*men sensum non sapiat, sed abducat?* Quia scilicet dormitio naturalis  
*Orationi in-* habet duos effectus, & sopire hominem, ut non sentiat, aut rumorem  
*tentus, à cu-* extrinsecum, aut contingentem strepitum. Simulque à terrenis ab-  
*ris abstineat* ducit, ne homo eis hæreat. Sic & oratio, cum hac differentia, quæ  
*terrenis.* sensum non sopiat, sed solum à terrenis curis abducat. Si ho-  
enim anima persenserit, devotè orat, si enim aliquid de terrenis immu-  
scetur curis, oratio minus tunc erit DEO grata, aut devota.

*N. 97.*

*Colossus hostis est declaratus Luciferi.*

**C**UR *De gradibus humilitatis, vocaverit Luciferum, Noctiferum,*  
*hæc verba: O Lucifer! Non jam lucifer, sed noctifer, aut morsifer.*  
*Tanquam si dixisset: lucem habuit cognitionis Lucifer, sed fuit*  
*absque affectionis igne, absque voluntatis humiliatæ fervore. Ideo*  
*splendor fuit commutatus in caliginem, & dies in densam fatuitatis ne-*  
*stem.* Cùm enim cereus vento forti agitato, rutilantius lucet, in tem-  
*Quando no-* bris se brevi consumendo proinùs deliquio obiit, ceraque facilius con-  
*men non cor-* sumitur, & quo impetuosior ventus, vel Cera dissolvitur, vel splen-  
*respondet ope* dor minuitur, & aliquando extinguitur relinquens absque lumine, cui  
*ri vs. parvus* minùs putant, illuminatos,  
*sequitur ho-*  
*nor.*

*N. 98.*

*Colossus apum imitator existat versus.*

**C**UR *Sermone 8. in Cant: orationem rectam comparat api, dicens: Huius*  
*modi Spiritus instar apis ceram portantis, & mel, habet omnino, & ut*  
*de accendat lumen scientiæ, & unde infundat saporem gratiæ.* Quia cer-  
*est luminis nutrimentum, & mel dulcis hominis cibus. Utrumque*  
*enim est simul ad vitam commodè conservandam; quid valet splendor*  
*cum egestate, & quid ubertas absque famæ splendore? Sed si utrumque*  
*simul concurrat, verè gloriosa, & felix possessio.*

*Ubertas*  
*absque fama*  
*parum in hac*  
*floret vita.*

*Colossus & seipsum, & statum scit mutare in melius.*

*N. 99.*

**C**UR dixit *Serm: 2. in festo SS. Apost: Petri & Pauli; Quia cum ad-*  
*lescens esset, ætatis lubricæ sentiret ardores, senem induit, relinquens quædam*

erat, & assumens, quod non erat. Summus enim gradus perfectionis, non est relinquere sua, sed seipsum, & non seipsum Qualitercunque, sed & statum antiquum relinquere, nimirum ardores pro nivibus, juventutem pro senectâ, flores pro fructibus commutare: hoc enim est fœneratori lucrum, & virtutis studioso, laurus.

*Colossus omnes æque amat, & qualiter?*

**S**uper illa verba Cant: cap. 2. n. 15. *Capite nobis vulpes.* Cur dixit: *Non putat à se aliena lucra nostra, poterat dicere mibi, sed maluit nobis consortio delectatus. Quis hoc fecit? Amor. Amor dignitatis nescius, dignatione dives, affectu potens, suasu efficax, quid tam violentius? Triumphat de Deo amor. Quid tamen tam non violentum? Amor est. Quæ est ista vis, quæso, tam violenta ad victoriam, tam vidua ad violentiam? Ubi affectus regnat, difficultates omnes ab amante facile superantur. Nullumque est argumentum amoris, quod non concludat in Darij. Hoc est vel conferendo beneficium, vel inferendo obstaculum. Idcirco S. Joan. Chrisost: Lib. 3. de vest: Phil: ait: Philosophus sic inter hostes vivendum censuit, tanquam inter amicos; atque inter amicos, ac si in medijs hostibus viveretur. Vis enim amoris hæc est, & industria, ut inimicorum illos amando obstaculum debilitando inimicitiae vires, seu amicitiae conservando honorem, hostem timens, ne à malo vincaris vicino incaute. Seu sic: cum amicis vivere tanquam cum inimicis, quia possunt inimici ex amicis fieri, & vixisse bene, te à malo reddent immunem, & cum inimicis, sicut cum amicis, ne ob incautam hostis diffidentiam, te suspectum habeat, & acrius contra te insurgat, imò ut ex inimico facias amicum, quod quidem in arte artium, est summum quod sic industriose, & politicè agendo.*

N. 100.

*Quæ est materia amoris industria?*

*Colossus valde est humanus,*

**C**hristus Cur dixit Joann. cap. 5. n. 22. *Pater non judicat quemquam, sed omne Judicium dedit filio. Et quare? In ferius n. 27. Quia Filius hominis est. Modo in Cant serm. 75. Non quia secus, sed quia Filius hominis est. O verò Patrem misericordiarum! Vult per hominem, homines judicari. Dum judex est humanus, accrescit merito fiducia in reo. Sed homines etiam si parum habeant de Deo, fingunt se ad judicandos alios nimis serios, et faciunt se quasi Deos, & ab omni humanitate alienos, quos potius vocare debebam vitricos, aut feras, seu humani Sanguinis Sanguifugas, quam mansuetudinis cultores Christiana, seu lenita-*

N. 101.

*Mali Judices, ut serpentes, seu fera aliquando agunt.*

tis atque æquitatis amantes. Similes planè serpenti, qui non pepercit Innocenti Evæ, neque Cain Abelis ingenuitati; Neque Herodes ætati innocentium Infanti, neque Fratres Joseph, ejus bonitati, potius volentes mori, aut à terra comedi, quam comedere, uti serpentes in pace terram, (& verè nescio, quis ex ijs, melius seu, minus male habeat: Ni arbitretur, quod uterque pejus) quam vindicem flectere animum, ad aliquam pietatem, erga pauperculos reos.

*Colossus amat pietatem.*

N. 102.

**S.** Bernard: *Serm: 22. in Cant: Cur dixit loquendo cum Christo Domino, Nisi interpellet sanguis tuus pro me, salvus non sum. Nisi modo justus, sed et beatus, cui non imputabit Dominus peccatum. Ut enim non imputetur reo peccatum, nulla major industria, quam, ut maneat peccatum tectum, & ad illud tegendum nullum melius pallium, quam*

*Christi Dom. Sanguis infusis.*

*sanguis Christi inter reum, & judicem interpositus, nam est magnum, & misericordia plenus. Idcirco dixit S. Augustinus in Psal: 31. Si tentis est valentis. noluit peccata Deus, noluit advertere, sinoluit advertere, noluit animadvertere, noluit punire, noluit agnoscere, maluit ignoscere. Pro omni ergo capitali peccato, pœnam sanguinis merebamur, sed contra istum sanguinem peccantem, innocens Christi sanguis se interponit miserendo, & pallio misericordiæ auxiliando, atque illo, nostra peccata tegendo, ne sanguinis pœnam sustineamus, proprium, pro alieno sanguine dando in pretium.*

*Colossus nescit abuti Principum gratia.*

N. 103.

**C**ur dixit S. Bernardus in Apolog: *Magna abusio est, ut corpus induatur, & contra regulam, suis vestibus anima nuda deseratur? Cur vocat abusioem, cum nil magis in usum sit, quam quod corpus induatur, & anima denudetur? Quia Abusio dicitur, cum aliquâ re licentiosè malè utimur, & hoc fit, cum anima sit creata ad bene operandum, intellectus ad discurrendum, & voluntas ad ordinatè amandum, oculus ad rectè aspiciendum, & sensus ad ritè sentiendum, & hoc non obstante, homo his abutens, ejus anima inclinatur ad orium, seu ad malè agendum, ad figmenta & errores, atque fabulas, discursus; liberum ad odia, atque vindictas arbitrium: ad verita vilis, & ad insensata, & brutescencia sensus. Quibus abusioem anima pretioso exuitur gratiæ, ac virtutum ornamento, & corpus lurido contegitur vitiorum pallio, quò non solum celat malum, quod fecit, sed*

*Abuti Principum gratia videtur gratiam suam.*

*detegit*



delegit deviantem à vera ratione, abusum. Idem planè videtur discurrendum de illis, qui Principum abutuntur gratia, aut secundante officij, seu dignitatis fortuna, nam penè unius digiti favent gratia, quando ipsi sibi accipiunt manum totam, & quod si semel ex in-nata clementia, ipsorum in agendo, seu loquendo pariuntur exorbitan-tiam, millenas insuper permittent ipsis in infinitum indecentias.

*Colossus summè odit Blasphemus.*

**C**ur dixit S. Bern: de consid. Lib. 2. *Fugienda est otiositas, Mater nu-garum, noverca virtutum. Inter seculares nugæ, nugæ sunt, in Sa-cerdotis ore blasphemie sunt.* Cum blasphemia tantum inveniatur in ijs, qui aliquid attribuunt Deo, quod ei non convenit, vel de eo ne-gatur, vel detrahitur, quod ei convenit, & Sacerdos cum nugatur, nèque à Deo subtrahit, quod ei competit, nèque aliquid, quod ei non conveniat, attribuit, cur ergo erit blasphemus? Quia Sacerdos re-præsentat Christum, & à se subtrahit decoris, quantum abundat gar-rulitatibus, & consequenter histrionis, nugatorium induit pallium, qui Sacerdotali investitus honore, ad seria propendere tenebatur ex mu-nere. Et cum sit vice - Deus in terra, sibi attribuit, quod officij ra-tione non decet, & cum debuisset Christum induere, tegumen sibi vindicari jocositatis: & cum debuisset Deo, & hominibus videri gra-tus, ex grato, gratus sit mundo graciosus, & ob nimis falsa, ore pro-ducta, totus insipidus, & infatuatus agens in verbis, & gestibus fa-tuum, conculcatione putant dignum, ad nihilumq; valentem, nisi ut mit-tatur foras, & conculcetur ab hominibus, ut ait S. Matth. cap. 5. & tandem ut idem declararetur à S. Bern: blasphemus.

*Colossus adolescentiam instruit.*

**C**ur ait S. Bernard: *Sup: Can: serm: 86. Quam pulchra, & quam splen-dida gemma morum est verecundia, in vita, & vultu adolescentis, quam, vera & minima dubia bone spei nuntia? Bona indolis index? Virga discipline, expugnatrice malorum, propugnatrice puritatis innata, specialis gloria conscientie, fama custos, vita decus, virtutis sedes, vir-tutum primitie, nature laus, & insigne totius honesti? Quia verè ardoris amans, in ipso ætatis fervore, sicuti in viridi, ignis suffocatur ligno, libidine, & tentationibus, impedito virtutum fulgore. Quid in hac constans ætate, cum plus illi placeant picta, quam solida, potius pul-chra, quam utilia, plus verborum æstiment virorem, quam plenam*

N. 104.

*Dedecet Deo  
dicatos creb-  
ris terere nu-  
gis tempus.*

N. 105.

virtutum

*Juventus pro virtutum fructibus, ac fecundam fructicem? Etenim cum adolescens bis decorata ad virtutem inclinat, nil charius cælo, nil ornatus in mundo: & de moribus, ut isto loquitur S. Bernard: non de illis, qui lapsi, & relapsi, usque ad gemma rutilat in Dei, & excitet illos potentia, & jubeat, ut surgant sicuti alteri dixit. Ad mundi conspectu.*

N. 106.

*Colossus quod sentit in corde, dicit & ore.*  
**S.** Bernard: super Cant: *Qui de amore, non venit honor, non honor, sed adulatio est.* Cur hoc dixit, cum honestos honorare viros, etiam inimicos, debeatur alto characteri, & personæ qualificationi, officio, aut muneri, exjustitia quidem, non autem ex amore, aut gratia. Quia raro, qui non amat, aut agit, aut dicit, quod sentit, quia hostis alteri dans honorem, non dat illum, quia alter meretur, sed si ipsum dat coactè, & non secundum illud, quod sentit in corde, videtur blandiri, & falsè agere, cum reveretur illum, quem libentiùs vidisset prostratum, quàm in dignitatis culmine positum, & immeritò ab alijs, & ipso honoratum. Affonè Alanus de complacenti nature. *Quid aulæ titionis unctio, nisi donorum emunctio? Quid commendationis allusio, nisi Prælatorum (Et non Prælatorum) delusio? Quid laudis arrisio, nisi eorum derisio?* Adulatores à voluntate vultum, ab animo verbum, à mente linguam, ab intellectu loquelam, amplo dissensionis intervallo portantes in ore rosas, & diffibulant. Plerùmque enim exterius plausibiliter applaudendo, collaudant, quos interius contradictoria derisione delaudant, foris vultu, ad placidū, virgineo, intus scorpionis pungunt aculeo. Foris adulationis mellitos compluunt imbres, intus detractionis evomunt tēpestates.

*Carpuntur ab Alano seriò & merito dolosi, portantes in ore rosas, & in manu spinas.*

*Colossus justum, & rectum agit advocatum.*

N. 107.

**C**ur dixit S. Bernard. Lib. 2. cap. 9. ad Eugenium. *Miror namque cur Religiose aures tue audire sustinent hujusmodi disputationes advocatorum, & pugnas verborum, que magis ad subversionem, quàm ad inventionem proficiunt veritatis? Cū enim advocati tam nobile sit munus, & pro publico, & privato bono, tam utile, honestum, & necessarium: Uir que crediderim, nolle hunc, scilicet doctorem, universaliter, aut de illorum clarissima loqui universitate, sed de illis, qui ranarum more difonum procrastinant cantum, ad aurium nauseam, nullo inde sequuto fructu, aut emolumento spectantium: & de illis, qui venalem faciunt linguam, & aliquando silentium, congregandarum intuitu opum,*  
 non

non verò veritatis, sincero laborantes conatu, de quibus Alanus de  
 conquestione naturæ ait: *Si quis est armatus pecunia, tanquam loriceis ar-*  
*genteis, torrentis impetum Tulliani, fulgur incurfus Heclori, robur vir-*  
*tutis Herculeæ, versipelles Plisilipendit astutias: In tantum enim habend-*  
*di fames incanduit, ut dialectica muta sit subtilitas. Rhetorica languescat ci-*  
*vilitas, ubi nummorū perorat pluralitas. Et inferius: Nummus vincit,*  
*nummus regnat, nummus imperat universis.* Sic est: nummus milites  
 creat egregios, & illos conservat intactos, ille coronat opera, etiam si  
 illa promereantur simeta; ille faciliat inter inæquales connubia, inter  
 adversarios conciliat amicitias; ille laureas, etiam si in jure, non debe-  
 ret admitti scientia media; Ille corrumpit omnia, lacerat cuncta, aliena  
 dissipat, prodigit propria, jurgia excitat, commelationes amat, & inver-  
 tit demum universa. Verum quid hoc pro advocatis probis, cum pos-  
 titius esuriant, & sitiant iustitiam, quam litigantium marsupia? Ergo deve-  
 nire oportet ad illos, qui in suo munere, quæ sua sunt quærunt, non quæ ad  
 litigantium spectant præjudiciū. Et de illis loquitur Doctor, & Marcus.  
 Id ipsum confirmat Cass. super illud Psal. 37. *Irritat adversarius nomen tuum.*  
*Hi sunt, qui causas proeundunt adhibiti, impediunt prætermitti, fastidi-*  
*unt admoniti, obliviscuntur locupletati; Hi sunt qui crescunt (& dicunt*  
*sicut Judas, quid vultis mihi dare?) Lites, vendunt intercessionem, depu-*  
*tant arbitros, judicanda dicunt, convellunt, attrahunt litigaturos, protra-*  
*hunt audendos, retrahunt transigentes. Et ulterius Hi sunt qui negant ci-*  
*vitatibus indulcias, mercatoribus nundinas, emptoribus mensuras, reve-*  
*rentiam Clericis, originem Nobilibus, locum prioribus, cunctis jura, di-*  
*stinctis privilegia; Quibus nullus genus hominum, ordinum, temporum*  
*cordis est, (Adde nisi proprium interesse, & alienas ambire, atque avidè*  
*concupiscere opes) Et ulterius: Hi sunt in convivis scurræ, in exactioni-*  
*bis Harpæ, in colloctionibus bestie, in questombus statue, ad intelligen-*  
*dum Saxei, ad judicandum lignei, ad ignoscendum ferrei, ad amicitias par-*  
*di, ad facetias Ursi, ad fallendum vulpes, ad superbendum tauri, et ad*  
*consumendum Minotauri. Absdubio. Est maximum inter bonos, & ma-*  
 los Advocatos Chaos, & sicuti infra cælum, cuncta Bona, sint mista ma-  
 lis, putarem malos carpandos fore Advocatos, bonos verò ab æquitate,  
 scientia, & conscientia, ac omni probitate, collaudare conspicuos, atque  
 undèquaque Ornatissimos, & Clarissimos,

Colof.

*Colossus objurget serios ambitiosos.*

N. 109.

**C**ur S. Bernard. lib. 3. de consid. O *Ambitio ambientium crux.* Cum nemo ambiat dignitatem, quæ ipsius spe non soletur, & illa obtenta libenter ipsa fruatur? Ita est. Verum latet anguis sub gramine, & ponderosa crux in ambientis corde. Cur hoc? Quia cruciat multum, quæ tardat, & non obtenta citò inquietat, cogitatus multiplicat, suspiria ingeminat, infomnis pernoctat, suspectam habet fortunam, competitores formidat, quandoque de collatore dubitat, quandoque desperat, merita propria inculpat, & denique in ambiente hostium torquet memoria, quia campus est apertus ad vindictam. Potestne inter tot angores ambitiosus invenire solanum? Ergo, martyrium, & ipsum probrosæ crucis tormentum. Hoc enim evenit ante consecutionis victoriam. Verum dices, emergente ad votum triumpho, expectationis spinæ convertuntur in rosas, crux in resurrectionis lætitiæ, & angustix in mera dilatati cordis gaudia. O quomodo falleris! Audi Innoc. de vilitate conditionis humana. *Ambitiosus statim ut est ad honorem promotus, in superbiam exollitur, in jactantiam effrenatur, non curat prodesse, sed gloriatur præesse, presumit se meliorem, qui cernit se superiorem, priores dedignatur amicos, notos ignorat, externos committatur, contemnit antiquos, vultum averxit, cervicem erigit, fastum ostendit, grandia loquitur, sublimia meditatur, subesse non patitur, præesse mollitur, subditis onerosus, arrogans, gravis, & importunus. Et hæc non est maxima crux? Omnino. Quia ijs resperfus maculis, alijs est crux onerosa, quam eorum non valet portare patientia, & ipsi ambitioso major, quia non potest grandinantes in ipsum compescere nubes, neque tam ingentes exorcizare linguarum, aut stridentium tempestates. Ergo optime S. Doctor ait: Ambitionem fore crucem.*

*Colossus optime scit portare jugum, & Christi crucem simul.*

N. 109.

**C**ur S. Bernard. in tract. de diligentiâ Deo dixit: O *Jugum Divini amoris!* Cum vocare jugum multum oneris importet, & jugum non sit factum pro uno solo, quia foret nimis grave, nisi ut supra duas imponeretur cervicibus: nec jugum factum est pro hominibus, potius pro mansuetis bobus? Ita est. Sed ipsemet Christus explicuit hanc S. Doctorem cum dixit: *Jugum meum suave est, & onus meum leve. S. Matth. cap. 11. n. 33.* Sed si unicuique ex discipulis Christi dicitur: *Ut tollat crucem suam. S. Marc. cap. 8. n. 34.* Et sequatur discipulus Magistrum, quomodo portare poterit utrumque, præsertim cum super gravissimum propriæ crucis

eis pondus, si quid desuper, etiam si leve imponatur, vires gravat, usque-  
 dum hominem ad terram prosternat? Ratio in proximo est: quia crux est  
 facta pro humeris, & non pro collis, jugum autem pro collis, non pro  
 humeris: Ideoque non gravat Christi jugum humeros baiulantis, sed  
 colla calcat, & cervices, ut quando crux portetur ab anima, non porte-  
 tur, ut illa absolutè voluerit, sed ubi, & quo voluerit alter, qui sub eodem  
 jugo potentius anima trahit, & iste Deus est, qui te, & crucem sub eodem  
 tecum trahit jugo, tibi præstans vires, ut cum ipso traharis ad cooperan-  
 dum bonum, & ut retraharis à malo. Et istud divini amoris est jugum, *Divini amo-*  
 quo alligaris, & vinciris, ut ejus voluntatem sequaris, & quo illa iverit, *ris jugum,*  
 eas, & à quo recesserit, recedas, & illo movente, te moveas, & illo quies- *plurimum ju-*  
 cente, quiescas; Hoc enim, & humanus facit amor: potiori ergo jure *vat ad animæ*  
 divinus te subjugans sibi, ut jugiter illum ames, & sicut sub eodem uni- *profectum, si*  
 untur armenta jugo adtrahendum, & se invicem adamandum, ita & tu *provi decet.*  
 divino amori unitus, inseparabiliter apud ipsum sub amoris jugo maneat, *portatur.*  
 atque indefinenter in ejus amore persistas. Ut autem videas hanc mel-  
 lissimam Doctoris mentem fuisse, ejus do verba: *O jugum Sancti amoris, quam*  
*dulciter capis, gloriose laqueas, suaviter premis, delectanter oneras, fortiter*  
*stringis, prudenter eruds. O felix amor, ex quo oritur strenuitas morum,*  
*puritas affectionum, subtilitas intellectuum, desideriorum Sanctitas, ope-*  
*rum claritas, virtutum fecunditas, meritorum dignitas, premiorum subli-*  
*mitas! Hi enim Sancti, & casti Amoris sunt fructus, quibus anima dita-*  
*tur, dum subest Divinæ voluntatis jugo, & unâ cum illa, quod ipsa, &*  
*quo ipsa traxerit, trahat, teque ducat, & in supernam deducat aulam, quæ*  
*securus, Deum amantis, est portus, liber planè, ab omni Piratarum incurfu.*  
*Colossus agit, veluti celum animatum.*

**C**ur dixit S. Bern. super Cant. Est celum Sancta anima, habens solem  
 intellectum, lunam fidem; astra virtutes. Cum multi ut ait S. August.  
 mortuas animas in vivo corpore habeant? Non enim sibi contradicunt,  
 nam S. Bernard. loquitur de animabus justis. S. August: verò de illis  
 quæ jacent in fœtidis viriorum sepulchris. Imò mirè expressit celsum a-  
 nimæ justæ characterem, illam vocando animatum cælum: nam sicuti cæ-  
 lum Dei sedes est, & Divorum templum, & domus, ita & justis anima ob  
 infirmitatis carentiam, & soliditatem in virtute fundatam; in illo inve-  
 nitur Divinæ Potentiæ solium, & in anima justis charum Divinæ quietis  
 triclinium, & thalamus. In illo laudis supernæ resonant voces, & per-  
 petua

petua Cantica, & in anima iusti accordis, & continua in Dei præconium musica; in illo claritas, & in anima iusti nulla vitiorum obscuritas; illud distenditur uti pellis, ut uberius se in rores, & pluvias diffundat in terræ beneficium, & anima liberalitatis ferax palmas extendit ad se, & ad pauperes, ut sibi, & alijs de virtutum rore abundè provideat; in illo Astra lucent die, noctūque ad sui pulchritudinem, & totius mundi illuminationem, & anima iusti, sibi lucet virtutis splendore, & alijs exemplo illuminando, ne in proprio per vanitatem impingant fulgore; in illo semper observatur clausura, & in anima iusti semper ad malum obserata est cordis janua; in illo est altitudo summa, & à longe aspicit ima, in anima iusti illud contemplando, spernit temporalia, & infima, in cælum, & in cælorum Dominum elevata; in illo est ignis inflamans, ut absumat exiles peccantium scorias, & in anima iusti fervens Zelus, quo cor provocatur ad bonum, absumens in se quidquid invenit legi divinæ contrarium; In illo est ænea soliditas, resonans perpetim divina præconia, & in anima iusti divinæ laudis modulatio æterna; In illo securitas nusquam peritura, & in anima iusti à Deo promissa constans & segura felicitas; in illo est perfecta rotunditas, profectò à rotando dicta, facilè vertibilis, & in Dei obsequium, & hominum emolumentum continuò mobilis, sic & in anima iusti, flexibilis spiritus, mobilis ad Dei faciendo nutus, & ad charitatis opera erga proximum; rectè ergo anima iusti cælo comparatur, quàm ei similis in multis foreprehenditur. Sed cur Soli comparatur intellectus? Quia sicut sol eminent super omnes claritates lucendo, ita & iusti mens clarissimo fulget erga divina, & spiritalia perscrutando intuitu. Ille celeriter iter perficit cæli, rapidissimo cursu perlustrans suo influxu una in die, mundum totum, & intellectus iusti, non solum mundum perlustrat, illum deserendo, sed & ipsum cælum, & cæli authorem unice avidèque amando; ille clarescit ut foveat plantas, sublunares refocilletque creaturas, & intellectus iusti continuò fervet, ut Deum diligit, seque ipsi uniat, ut faveat, & creaturas ab ipso factas charitate, & virtutis calore confoveat. Ille non permittit oculorum acie penetrari absque sequuta cecitate, aut saltem magno capitis, & intuentis dolore, neque intellectus iusti comprehendi permittit, ab aliena mente, absque periculo erroris, aut infirmi nota capitis. Ille utilia in mineralibus maris, & terræ producit, &

*Comparatio  
inanimati  
Cæli, cum ani-  
mato anima  
Devota Cælo.*

*Cur intelle-  
ctus Colossi,  
comparatur  
Soli?*

& sua virtute florere, ac fructificare facit, & iusti intellectus in hoc se impendit, ut de intelligentiæ supernæ, de Sapientiæque thesauris nova proferat & vetera, ad Dei gloriam, & notam proximi convenientiam; idcirco argute comparat Soli iusti intellectum, limpidam, & claram prope modum haurientem in cunctis notitiam, cælum illustrando suo splendore, & terram. Non minus consonè lunæ comparat iusti fidem, nam sicut fides credit non visis, ita luna splendet in obscuris. De fide enim possumus dicere, quod de luna *S. Ambros. in Exame. Ductrix est noctis, Mater roris, humoris ministra, Dominatrix maris, temporum mensura, emulatrix solis.* Absdubio in nocte ignorantiae humanæ, ducit fides, ut illuminemur ad credendum; deinde Mater est roris, ut intellectus irroretur credulitatis imbre, humorem ministrans gratiæ, ut vitali conatu, nusquam ejus decreseat in mente viror: inquietum incredulitatis frænans mare, ne veræ littora unquam, nec temerè transcendat fidei, imò omni augeatur de virtute in virtute, die, pariterque quotidie decrescens inveniatur in superveniente incredulitatis tribulatione: in cunctis imitando justitiæ solem, & ejus sequendo vestigia, infovendo illis, qui ipsa potiuntur, & ejus splendore illuminantur. Scitè ergo fides lunæ comparatur, cujus lumine incredulitatis nebulae fugantur, & illius tenebræ procul ab ea abiguntur.

Cur iustus  
comparatur  
Lunæ?

*Colossus in juventute, & senectâ æquè virtutem amat.*

**C**UR viventes ab Adamo usque ad Abraham homines, non tantos annos vixisse, solum dicitur Abraham senuisse? Nam proba ætas, non æstimatur per annos, sed per virtutem, & merita. *S. Hieronymus tom: 5. cap. 3. in Isaiam sic ait: Gloriat se non canities, quæ autem est ista Canities? Canities hominum prudentia. Cùmque non tantos annos, & ego amplius ab Adam usque ad Abraham vixisse homines legamus, nullus alius prius appellatus est Præbiter (id est senex) nisi Abraham, qui paucioribus annis vixisse convincitur. Hinc est ut dicitur 3. Reg. cap: 12. quod Roboam vocabatur juvenis cum esset. 40. annorum major, quia in intelligentia fuit miser, & sapientiæ expers, atque penès, hebes in cunctis. Diutius enim durat nox, quam Aurora, ergo ista non est hilarior vultu, & lucidior merito? Interroga musicos Avium concentus, & dicent tibi cantando, qualis est ex illis melior. Sicuti vestis non facit Monachum, neque longæva vita cordatum, aut justum.*

N. 112.

Nonnè

*Atas nō facit*

*bonos, sed  
matura vir-  
tus probos.*

Nonne corvus diutius vivit, quā columba? Interroga hujus notitiā per-  
ritos, & videbis senescere corvum tardius, & tamen corvus fuit infidelis  
Noëmo, & columba attulit viridem ipsi arboris ramum. Goliath fuit  
Gigas, & David statura brevis; Saul etiam ab humero, & sursum emine-  
bat omnibus in plebe, & David pusillus, his comparatus, & tamen  
Goliath prostravit unico lapide, & Saulem gloriosè industriā, David, &  
viribus, & in victorijs superavit: *Saul percussit mille, & David decem  
millia.* Nonne major est umbra, quā caput? sed non melior, quā  
deest ipsi de substantia, quantum de majoritate ejus superba ostentat  
apparientiā,

*Colossus est Princeps, sed non inermis.*

*N. 13.*

**I**saie cap. 3. dicitur quod Principē & Gubernatorē auferret, & deponet  
gubernio, eo, quod quinquagenarios (idest super quinquaginta milites)  
acceperat regimen, sicut vocantur centuriones, qui super centum ha-  
bent potestatem, decaniqu; super decem, cur ergo à munere principan-  
di absolvitur? *Hyeron: hic: Nec mirum si apud Judaeos, omnis perierit di-  
gnitas bellatorum, cum militandi, sub gladio, & arma portandi non habu-  
erant potestatem.* Si enim Hebræi militari non vacant disciplinæ, neque  
arma portare valent, ad quid debent habere Martialem Superiorem?  
nam sunt dignitates in aëre, cum exerceri non valent, & ubi non in-  
tervenit labor, ut quid advanitatem honor? Sunt enim tituli sine vitio  
lo, idcirco dixit bene, qui dixit: Monachus annulatus, aut est stultus,  
vel Prælatas, Denique nomen absque re, est formale mendacium,  
sicuti enim habitus absque actu, est facultas absque exercitio, hujus-  
modi est Dominus absque dominio, seu Rex sine regno, Pastor abs-  
que ovibus, & hortulanus absque viridario, seu corpus mortuum li-  
berum ab operibus. Si namque in rerum natura darètur vacuum  
foret istud, *Eccles. 37.* dicitur, quod hypocrita *Est amicus solo nomi-  
ne.* Quare? Quia verus amicus, ex officiosa voluntatis munere, ex  
cordeq; tenetur amare, & te sicut se ipsum diligere, si hypocrita se a-  
mat verè, & te fictè & falsè, nam fingit amare te, sed non tua, & est  
contra, quod te ore laudat, & corde vituperat, quod tibi saxum dat,  
& erit, ut præceps ruas ex alto, tibi deponit è pallio pilos, & non fle-  
ret, si te videret nudum: Si tibi comparitur, blanditur, si plorat, ut te  
feducat, denique habet nomen amici, & in re nihil, sicut enim hypo-  
pocritæ parùm estimantur in mundo, sic & munia hypocrisim Sapi-  
entia,

*N. inutili-  
us, quā di-  
gnitas absq;  
merito, aut e-  
xercitio.*



entia, nomine tumentia, & in re absque operatione aliqua, reprobari debebant, ut inania,

*Colossus amat vigilantiam.*

**C**ur de dormiente Adamo Costa extrahitur ad formandam Evam, & non excitatur cum intenso dolore pramitur? Hugo Car. Super cap. 2. Genes. Ut potentia DEI major apparet, quia non est excitatus. Nempe ut ictus adeo magnus non sentiat, intervenire debet naturæ Conditor, nam absque miraculo pars læsa impatienter ferret sua privati fortuna, aut integritate, seu pulchritudine nativa. Quare ergo si dormiente Adamo sunt formatae feminae, & non de somniantem, sunt tam somnolentæ, quod adhuc cum de nuptiis agitur, tam gravi corripuntur sopore, ut opus fuerit clamare; *Clamor factus est*, ad excitandum dormientes: *Dormitaverunt omnes, & dormierunt?* Nec unica est vigil, imò ne à dormiente Adamo appareant degeneres, ad facile capiendum somnum videntur proclives, ad ocludendum oculos faciles, ad sentiendum bene, quasi insensatae, ad intelligendum tardæ; ad verè amandum, quasi mortuæ; ad labores ineptæ, & deniq; ad parendū parentibus, aut maritis surdæ. Qualis Pater, tales filiae, utiq; à quo è dormiente Adamo fuerant formatae, hoc habent mali, nam hæditarunt has, & alias passiones.

*Colossus scit celare proximi defectus.*

**C**ur non de capite, nec de pede, aut alio corporis membro, Pars carnis accipitur pro Evæ formatione? Idem Auth: Ibidem: ne Domina putetur, vel subdita, sed sociæ. Debebat esse Adam mulieri præpositus, & suæ uxoris prælatus, idcirco si acciperetur pars ex capite, quomodo posset dimidiato cerebro rectè, & ritè dirigere matrimonium? Si autem ex pede, mansisset Adamus claudus, & hæc imperfectio videretur ab omnibus: melius ergo ex costa formatur, ut defectus ossis celetur, nam defectus Superioris, si publici, causant scandalum, & à nullo benè videntur, & si privati rarò non veniunt ad lucem, juxta illud: *claudicare in Nihil opertum, quod non reveletur;* Et quia Superioris claudicatione corpus deformatur communitatis, sicut deformatur homo per corporis claudicationem, & sicuti claudus ambulare non potest rectè, quia læsione pes infirmatur, nec Superior rectum facere passum in via, aut itineris congrui, seu veri regiminis valet.

N. 114.

*Vigilia faminarum describuntur, & somnia.*

N. 115.

*Qui fuerit Superior, studeat non claudicare in vita cursu.*

N. 116.

*Colossus eque amat proximum, ac semetipsum?*

**Q**uare ex costa, & non ex terra, sicut maris fuit formata Eva? Idē ibidē. Ut eam vir plus diligeret. Cur plus? Quia magis diligimus proprium sanguinem, quā alienum. Verum hodiē sponsæ non formantur ex costa virorum, quapropter, mirandum non est, quod aliquando ad invicem non amentur, imò videntur ex carne, carnales factæ, è capite quā capitofæ; è lingua, quā dicaces, è bili, quā iracundæ; è capillis, quā leves; è voce, quā clamorofæ, è manibus, quā avaræ, ex oculis, quā nimis curiosæ; seu è pedibus demū quā vagæ. Ergo diliget illas voluntas fiat cæca, quod non credo de ulla p̄sona oculata.

*Colossus denuò dicit idem, ut supra.*

N. 117.

**C**ur animabus viventibus posuit Adam nomina, & non alijs? tantum vivis per gratiam imponitur nomen, unde, & Lazarus nominatur S. Luca cap: 16. non autem dives, & nomina bonorum in celis, malorum autem in terra. Jeremie. cap: 17. Recedentes à te interra scribentur, quia quod in terra scribitur, vel pulvere elationis, vel aqua voluptatis citò deletur. Propterea de adultera dicitur, quod Christus scripserit digito in terra, non tota manu, ne, characteres essent magni, facile quelegerentur, sed digito, ut defectus proximi, etiam si scribantur, non debeant scribi, vel dici, ubi pallio excusationis, aut fragilitatis minimo flante contra charitatē, vento, nō deleantur, & ubi scriptura maneat æterna, quæque fama prostituta, ne desperatē agat postea peccator, & pudore correptus, in magnum præcipitetur planctum, aut in nimis apprehensionis cadat profundum, & penès acceleratæ fortè mortis, novissimo præmatur deliquio.

*Colossus floret, ut Palma.*

N. 118.

**C**ur S. Gregorius Mag: Loquendo de justo super illa verba Psalm. 19. *Justus ut palma florebit lib: 19. moralium cap: 25.* sic ait: *Quia habet hoc justus ut palmarum præ cæteris arboribus palma, ut cum vix terre hæreat, totaque in ma florebit, & celum se se extendat, nullo pondere premitur, sed magis pressa exaltatur? non fructificabit.* Sic enim florent, & floruerunt antea justis, præssi utique, & compressi in tribulationum torcularibus, impressi manserunt in vitæ libris, & in core ut Palma dicibus æternitatis, exprimentes in passionum tolerantia, jus expressam & non ut py- quod habebant ad gloriam. Duæ se se offerunt insuper difficultates, v<sup>o</sup>, aut olivæ? Prima, cur non dicitur justus ut palma fructificabit, sed tantum florebit,

bit, cum flos absque fructu, arborem commendet parum, & minus hortulanam, præsertim, cum palma uberè planè utrumque præstet proventum; & sponsæ gutturi suavissimi sint palmæ fructus? *Ascendens in palmam, & apprehendam fructus ejus. Cant. cap. 7.* Cur dicit florescet sicut palma? Non sicut amygdalus, prunus, pomus, aut pyrus? Non, quia flores aliarum arborum citò decidunt, & temporum injurijs, brevi cedunt, sed flores palmæ durant diutius, & contra tempestates, æventorum tempus se tenent, & resistunt fortius. Deinde, quia aliarum arborum flores, durant tantum, quantum arbores, & cum istæ senescant citò, & in senectâ parum floreat, & Palma diu vivat, & quo senior, sit sæcundior, inde est, quod justus ut palma dicatur florere, dicendoque florere, dicit fructificare, nam ipsamet palma reportat victoriam de alijs arboribus floriferis, & fructiferis. Quomodo hoc ei evenisset? Hoc est, quomodo nisi abundè floruisse, & sæcundè fructificasset? Sic & justj, & hanc ob causam, cum fructus dicatur à fruendo, fruitione gaudent æterna, tenentes in manibus palmas: *Et Palme in manibus eorum.* In palmis utique manuum, & earum operum fructibus, Palmas portant, solum servatas victoribus.

*Colossus plenitudinem Mariana devotionis denuò deprædicat.*

N. 119.

**S.** Bernardus *Hom. 3. super Missus est: Invenisti gratiam,* (Loquitur S. de B. V.) *quantam gratiam? gratiam plenam: Gratiam singularem; singularem, aut generalem? utraq; sine dubio, quia plenam, & èdè singularem, quò generalem.* Potest esse aureus sciphus auro potabili plenus, non verò gemmis, & adamantibus, & alius plenus gratia ad canendum, & erit pro studio, cerebro vacuus. Idem sentias in spiritualibus evenire. Non enim, qui perorando est gratia plenus, ergò in æconomicis, aut politicis, erit vir plenè præclarus, aut econtra? Nega hoc. Nam raro aliquis excellit in aliqua gratia, qui prorsus nullum inveniet parem in terra, & si aliquis in hac, vel illa virtute est gratia plenus, sed non in omni genere; de hujusmodi plenitudine notatus. Maria Sanctissima sola hæc fuit donata desuper singulari gratiæ plenitudine, quod nec similis antea visa est, nec aliqua ipsi par invenietur futura: & in hoc excellit singulariter, quod aliæ feminae, si sunt virgines, non possunt esse Matres, nec si sunt Matres, Virgines esse valent, nec si sunt Matres excusare in puerperio ullos possunt partus dolores, sed ideo inter mulieres Benedicta prædicatur ab Angelo, quia

Cur Deipara dicitur ab Angelo gratia plena?

illam

illam non tetigit Euxæ pariendi cum doloribus maledictio. Præterea non solum invenit hanc singularem gratiam, sed & aliam singulariorem, videlicet generaliore; nam quod alia Sanctæ, & Sancti in particulari habuerunt excellentius, in Maria enituit tanquam in cunctarum pleno virtutum compendio. Quod & confirmat *Idiota Lib. de contempt. V. cap. I. Omnium SS. privilegia mirabiliter congesta fuerunt in Maria.* Et denique omnes creaturæ ei, tanquam ipsis majori Dominæ, & Reginae promptissime, pendunt nobilissima obsequiorum sæuda. Terra utique in stabilitate virtutis, ær in serenitate clementia, aqua in sæcunditatis grãtia, & denique ignis in ferventi Charitatis flamma. Sol illam vestit, luna ipsam calceat, stellæque splendoribus coronant. Mars ut fortem deprædicat, & gloriari incipit de ista primò ab eo inventa: *Cant. cap. 5. Mulierem fortem, quis inveniet?* Mercurius ejus miratur facundiam; & Jupiter ejus Sapientiam; Venus veneratur absque ulla macula speciosam; & Saturnus minerale purum, omnisque gratiæ aurifodinam. Paradisus S. Innocentiæ professam, & incolam; nemoraque densissimam totius probitatis sylvam; Campus immarcesibilem sæcunditatis, & virginitatis flores adorant; & denique beatam omnes proclamant generationes. Humana itaque es, quia absque virili Christum concepisti, genuisti, atque peperisti corruptela: Divina, quia Spiritus S. te obumbrat, Verbúmque Divinum, quia te, in te incarnando pro Matre declarat; & Pater æternus, quia dando tibi proprium filium, pro tuo filio, te elegit, & præelegit pro amantissima filia. Ergo Archangelus cum te dixit: *Gratiã plenam;* Non utique dixit totum, sed cum dixit te invenisse gratiam apud Deum, videlicet plenam, totum dixit: Nempè apud Deum Patrem, qui te elegit pro Filia. Et quis Pater primogenita Filia non dabit plenitudinem gratiæ, quam nemini ex alijs, neque in genere, neque in specie concessit? Et hoc est tam singulare donum, ut nulli alteri creaturæ sit concessum, nec est inventum, neque invenietur: Et hoc ipsum Mellistius Doctor palam facit illis verbis. *Et cõ singula-*

*Omnium creaturarũ cultus, in B. Virginis obsequium ostenditur.*

N. 120.

*Cur Joseph Custos eligitur carceris, rem, quo generalem si habebatur utrens, & potuisset fieri fugitivus?*

*Colossus multã est passus, ut sciat se, & alios regere.*  
**P**Utiphar emit Josephum, eligiturque ab eo rei familiaris fautor, atque supremus totius sibi concredita plebis, nec non substantiæ director, aliter vero vergente fortunæ rota, in carcerem ejus injustè traditu

traditur innocentia. Verum utrobique ejus superiora extiterē merita. In Putipharis aula idoneus putatur pro æconomia, & in carcere, eligitur pro firma victorum custodia, in Josephi fideli fundata industria. Compatiendus tamen hic venit Patriarcha, nam è supremo aulicæ nobilitatis, atque libertatis apice, descendit invitus ad novissimum horridi squaloris locum, è Saturitate ad famem, ex opibus ad inopinatā inopiam. Profecto nemo arbitretur id gratis casto evenisse Joseph, imò alto Dei consilio. Quali enim mysterio? Loquatur *Nazianzenus Orat. 1. Joseph dum venderetur, & amaretur, & liberaretur, & potentiam obtineret, majorisque dispensationis causa, dispensationis munereungeretur.* Non enim casu, imò divinæ dignationis id evenit consilio, ut Joseph experiretur bona, & mala tempora, in Putipharis domo divitias, & libertatem, in carcere verò penuriam, captivitatemque servilem, in aula gloriam, in ergastulo ignominiam; in palatio floret imperiosè, in carcere vero minoribus cogitur subesse; in palatio regiam mensam, in ergastulo mera jejunia; pretiosa, in Regia, vina, in arresto sitim continuam. Ut quid justus, & innocens patitur tot, & tanta? Ut Moderator futuri regiminis, sciat in præteritis, quid boni, & mali fuerit in se expertus, quo habito experimento, istud ei pro fidelissimo inserviat, quoad futura ordinatè dispensanda, directorio. Hæc enim doctrina inexpertos à gubernio excludit, præsertim eos, qui de malis nescivè diebus, imò secundante fortunâ, & luxuriante concupiscentia, abutenteq; præsumptione, totius orbis rectoratu se putant dignos, alios spernentes, ut ad regimen non idoneos.

*Colossus Præcursoris Baptiste concinit laudes.*

*Ille est aptior  
pro regimine,  
qui expertus  
etiam est la-  
bores.*

N. 121.

**S.** Bernardus *Serm. de Baptista:* Super illa Verba Christi à *Joan. cap. 5. n. 35.* Illa erat lucerna lucens, & ardens: Sic ait: *Est enim tantum lucere, perfectum.* Ignoscat mihi S. Doctor: Sol lucet, & ardet, verum neque ardor illius, aut splendor, est undique perfectus, quia non à se, sed à Deo donatus fuit fervore, & rutilanti lumine. Ita est. Si enim Sol, qui luminare est majus, lucens, & ardens, adhuc perfectus dici non potest, quomodo lucerna diceretur, cum etiam emendicet lucem ab alio lumine? Tamen est perfectior sole. In quo deprehendes hoc? Quia sol lucet, & ardet, sed ardor illius languet, & deficit, umbrosa nubium interpositione, neque clarè splendet, ob nubilosam pariter intemperiem. Quis ergo has interponit nubes? Ventus illas congregat, contra voluntatem

*Cur S. Præ-  
cursor lucer-  
na est lucens,  
& ardens, cū  
nulla sit lu-  
cerna, quæ nõ  
ardeat, quan-  
do lucet?*

tem

tem Solis. Idcirco S. Præcurfor, non dicitur Sol fulgens, non luna splendens, non astrum nitens, sed lucerna lucens, & ardens, quia licet illius ardor, & splendor sit participatus à Christo Domino, non potuit ab inflato superbiæ vento extingui: Quare? Quia inter humiles lanternæ illius animatæ se continens cancellos, tumentes retundit elationis flatus. Audi S. Aug. serm. 8. de Verbis Drmini: *Erat Joannes Lucerna accensa, ut luceret, qua accendi potest, & extingui, sed ut non extinguatur, ventum superbiæ non patiatur.* Licet enim accensus cereus, lucet & candela, verum utique minatur agonem inurbana ventorum crassities, Lucerna extingui potest, aut accendi, ad arbitrium lucernam in lanternæ gestantis, quæ dum in clausura tenetur, non curat, etiamsi à ventis contrarijs impetatur; Sed si lanterna aperitur, lucerna lucet, & ardet cum periculo, quia portam, furens inimicus, apertam invenit ventus, ut lucernam extingvat instanti, & Dominus Lucernæ maneat in maximis tenebris, pudoris. Ut autem hoc non contingat infortunium, opus erit considerare, fore duplex lucernæ genus, in triplici locatum sita. Primum est in oculis, in quo incipiunt, & nusquam finiunt obsecari homines. Quomodo? Quia de oculis dixit ipsemet Christus, *Si oculus tuus nequam fuerit, totum corpus tuum tenebrosum erit.* Et antea dixerat: *Lucerna corporis tui est oculus tuus.* Quod si fuerit simplex oculus? Utique *Totum corpus lucidum erit.* Ergo in oculis lucerna est, & ipsimet oculi sunt lucerna? Ita videtur. Qualis enim est oculus nequam? *Qui bono oculo libenter aspicit mala, videlicet vitia, falsa; & malo, bona, nempe merita, Studia, Sacra, virtuosa, Divina.* Verum quid habet corpus cum oculorum nequitia? Multum, quia solvit corpus, quod oculus nequam peccavit, & læditur fama, pro nequamq; oculo, solvit hominum corpus, & illius dorsum virgis, aut gladio, funeque guttur, & corpus naturaliter fit tenebrosum, jacens in sepulchro, seu in umbra mortis, sepulta pro semper ejus bona fama, & honor. Quod si oculus simplex fuerit, & pariter lucerna, nempe sincerè, benèq; aspiciens bona, & res prout sunt in se, videt, non verò prout odium, invidia, aut mala voluntas suggerit, lucidum reddit corpus, quia in illud refunditur, quidquid è reflexo ocularis luminis, oculus tenet de bonæ famæ splendore, aut de nobiliori modo agendi. Ergo in oculis duplex reperitur lucerna, alia clara, alia obscura, illa utique imitanda, quia bona, ista verò condemnanda, quia nequam. In manibus præterea sunt lucernæ, aliquæ videli-

*Dum oculus est infirmus, non solum ergo, & visus, sed totum in obscuris manet Corpus.*

videlicet ardentis, ad quod exhortabatur Christus Dominus: *Sint lucerna ardentes in manibus vestris.* Ut quid? *Ut videant opera vestra bona.* Sed si sunt, ut videant opera mala? Hoc enim non jubet Sanctissimus noster Præceptor, imò reprobatur, sicuti in Virginibus fatuis, quarum lampades extinguebantur. Cujus defectu? Defectu olei. Putarem forte defectu sedulitatis, & vigilantia, aut providentia. Istæ enim veræ sunt fatuæ, sed proprium pigritia speculum, quia ut tegant pigritantem animam, non sibi, sed oleo ponunt culpam. Interrogetur quis, cur non jejunas? Dicit Stomachi imbecillitatem fore in causa: si laborat podagra, quod ex aqua haustu procedat: quid si probaretur, quod forte sit in causa, nimia vini copia. Si dormitat, aut obicit in Choro, ait dormivisse illa nocte parum, & fortassis præ crebro, & ponderoso sopore, fuit non audivisse ab hora, qua se posuit, horologium? Si autem interrogetur Judex, cur non studet, dicet, quod laborat vertigine, & erit, quia nauseat legere codices. Cur autem non solvit, quod debet? Quia dixit non habere, unde, & habebit scrioria saginata gere. Et cur alter non expedit negotia privata? Responder, quod præcedunt publica, & crediderim fore inertum animam, æque ad cuncta. Hæc, & similia respondere, est idem ac ponere culpam oleo, & est in causa corruptum tepiditatis acetum. Ergo quod extinguitur lampas, aut lucerna in manibus fatuorum, non est positum in lampade, oleo, aut lucerna, sed in flante vehementer, ac frequenter somnolentia, atque pigritia vento, penitus extinguente rationis lucem, in obscuris animam cum corpore relinquire, cum bonæ famæ dedecore. Interdum verò verbum Domini est lucerna in pedibus, & in Dei semitis, veritatis Lumen, ut rectè ambulet homo, & quia est ad pedes hominis humiliata, ut eidem serviat, ne impingat in verbo, seu contra verbum, solet superbia illud concutere, tanquam si eo non egeret, illud despiciens, & contra illud verbis, atque scriptis presumptuosè insurgens, sicuti densa Hæreticorum solent facere umbra. Oter, quaterque felix Baptista, lucerna profecto lucens, & ardens, absque alicujus opacitatis intercudentijs, à vanæ gloriæ ventis causatis, se inter veræ humilitatis confinia continens, vocando se vocem. *Ego vox clamantis.* Quibus in verbis, nil audies nisi verba inimitabilis exinanitionis: nam non dixit: *Ego vox clamans, sed Clamantis,* idest: Alterius. Cujus? Isaiaæ Propheta. Tanquam fidixisset: Voces vanitatis ita in me abhorreo, quod nihil magni in me invenio,

*Aliquando incusatur æquus de tarditate, & solet esse defectus in Equitate.*

nio, imò mea vox, non est mea, sed alterius, tam parvum me reputo, quod vox, quæ modico formatur halitu, & debili aëris repercussionis motu, alterius *Clamantis* est, quia ego præ humilitate, neque clamare præsumerem, nisi voce exprimerem, non meos, sed alterius Prophetæ clamores.

*Colossus non recusat laborem, in Dei obsequium, aut S. Prophetæ Eliæ.*

N. 122.  
Cur Eliæ non  
unus corvus,  
sed multi ser-  
viebant?

**T**ertio Reg. cap. 17. *Eliæ panem corvi, & carnes manè, & vespere afferebant.*  
Non sufficiebat unus? Sat erat. Cur ergo plures? Quia servire Eliæ, aut est honor, aut onus, seu utrumque: si honor, pluribus participare, attentio videtur honorantis, & major honorati decor, cùm super meriti dignitatem, videatur fundari æquitatis amor. Si autem onus, instruitur (inquit *Carthusianus* super illa verba *S. Regule*, partiatur onera sua cap. 21. de *Decanis*.) Superior, ut in laborum distributione, unus gravaretur, & cæteri vacarent otio. Nam jugum non est factum pro uno solo, sed pro duobus, aut pluribus. Idcirco ille, qui se excusavit venire ad cænam magnam, non dixit jugum emi boum, sed juga boum emi, id est quinque paria, ut unusquisque boum parem haberet in labore, ne super unius virès, totum jugi, & currus, pependisset pondus. Quod si utrumque, qui famulatur *S. Eliæ*, requirit, non unus solus corvus, sed omnes sunt nati, ut serviant sicuti nigri, atque sclavi: Indeque sperent sui laboris mercedem. Si enim *Benedictini* nostri, in jure vocantur nigri, in id intendere debent superiores, ne unus gravetur in cunctis, cæteri verò in nullis, neque in formata Principum bene videtur politica, unum satiare secundis, & alios permittere honoris, aut gratiæ fame perire. Liberior videtur ros, & pluvia Super pygmeas se arbores diffundens, quam super celtas cedros cadens. Neque Sol planè foret munificus, si luminosus, non illustrasset totum, radijs mundum. Quod si servire Eliæ, est pæna peccati, quia corvus studuit inobedientiæ, cum à Noë fuit dimissus ex arca, non, ut mansisset foris, & extra arcæ clausuram, sed, ut rediret ad illum, subeant hanc ministrandi Eliæ multi corvi pænam, & non unus solus *S. Prophetæ* serviat. Ita debet esse, nam culpa communis, ab omnibus sustineri debet reis, ne unus manens impunis, ad novū lapsum inclinaret, ut proclivis, & punitis pateat via ad querelas, seu ad nutriendam invidiam.



*Colossus in prudentia excellit.*

**S** Matth. cap. 14. Post Lazari Resurrectionem, ad cœnam invitavit Christum Dominum Simon Leprosus, in cujus domo, quoniam vir nobilis, & dives parabatur. Quis enim erat iste Simon? Utiq̃ue in sententia Nicephorii, erat Frater Lazari, Mariæ, & Marthæ: cur ergo elegit Martham in hoc ministerio, & non Magdalenam? Quia fuerat peccatrix, & videbatur ipsi sat fore extitisse aliquando malam, & hæc reflexio in convivio, poterat tam honesti hospitis, sicuti Christus erat, conturbare animimum. Cur autē hoc munus famulatûs non cõmendavit alteri, cum potius hoc famulandi officium, spectet ad servas, & non ad Heras? Carthusian: Fortē propter prudentiam suam rogata fuit à Simone. Enimverò super splendens meritorum aurum, nil in quocumque activorum genere, invenitur prudentia pretiosius, presertim in convivijis, ubi præcipuum gustus oblectamentum consistit in ordinata edulij præparatione, nam si falsum, bilosis est venenum, si insulsus, nauseat stomachus, si piperatum, massa sanguinaria accenditur, si frigidum, offendit ventriculum, si calidum, dolorem causat dentium, & est opus è respiratione, & labijs formare flavellum, ut malum temperetur, quod nimis terrens ignis impresit in cibo. Ubi enim prudentia est ministra, omnia sapiunt ad convivarum gustum, secus verò, aut nauseat stomachus, aut præ fastidio langvet appetitus. Scit namque Simon, nullam in convivijis sapidiorem prudentiã fore cibum, idcirco illæ quinque Virgines exclusæ fuerunt è nuptiarum mensa, & ab Agni cœna, quia non prudentia, sed fatuitate abundabant.

*Colossus nunquam fuit ingratus.*

**C**ur dixit Ezechiel loquendo cum Jerusalem Cap. 16. *Pervenisti ad mundum muliebrem?* Quid enim vult dicere mundus muliebris? Non quippè invenio mundum virilem, presertim cum mundior sit virilis sexus, & primus in mundo, mundus natus, sic Glosa id explicuit. *Ornatum.* Ergo erat inornatus mundus absque muliebri ornatu? Videtur quod sic. Quando ergo incepit ornari? Utiq̃ue cum ad profectam pervenit ætatem. Et hic, & nunc? Maturius planè, adhuc enim nesciunt ambulare sæminæ, & quasi Pliptaci varietatis colorantur naturæ pennis, illa adhuc in cunis varijs monilibus, campanulis, & ligulis. Et quando erat ista profecta ætas? Hugo Card. *Quando videlicet erant adu-* *lum est, facile addiscitur, quod verò bonum, conti-* *num, conti-* *didi dio.*

didicerunt? Fortè in Matris utero, vel ab alijs. O quam potenter malum operatur exemplum! Pessima planè videtur schola, in qua malum addiscitur, antequam frequentetur, priùsque quod aliquis Magister experiat in arte, quam neque meruerit discipuli nomen. Cur autem ornabantur? *Symachus. Quia tunc tempus erat dilectionis. Quale ergo istud est tempus? Hugo Card: Tempus enim pubertatis dicitur tempus amantium, quia tunc solent mulieres amare, & amari. Et viri non? Profecto si mundus muliebris non reperiretur in effæminatis, non dixisset *Isai: cap. 5. Et effæminati dominabuntur eis. Qui ergo sunt, aut dicuntur effæminati? Videlicet impuri, imbecilles, molles, seu usu fæminarum abutentes: Voce utique puellæ, gestu Nymphæ, incessu Damiæ, facie narcissi, moribus leves, in ornatu laxi, in eloquio insulsi, in prudentia debiles, in agendo improvidi, ad studia tardi, fæminæ profus aliquando concipiendo aërem, & fermè semper, in cunctis, pariendo meram, cum spectantium dolore, vanitatem. Si ergo mundus muliebris habet suum tempus, & istud est amantium, tempus erit amandi Deum, & quod Deus etiam te amet. Sed, tu, ô Jerusalem ingrata! Negare non poteris, quod in tantum Deus te amaverit, ut ex nihilo te faciens, ad suam imaginem fecerit, & cum esses indecora te ornaverit; cum nuda, te vestiverit; & licet indigna, te visitaverit. Quomodo visitavit? Iterato procul dubio. O quanta clementia Dei miserentis, & ô quanta ingratitude in misera anima peccatrice? *S. Hyeron: Quanta clementia! non suffecerat semel vidisse eam conculcatam in sanguine, & ad penitentiam provocasse, sed peccatorem rursus invisitat, & quia erat nuda, & confusionis plena, rursus venit & visitat. Estne amor iste? Et valde magnus. Nonne mutuo solvis illum affectu? Nullo modo, potius quotquot video, tot & amo. Iste denique est mundus muliebris, videlicet amore prosequi inordinato, quod erroneè dicitur appetitus, non verò quod Divini amoris fidelis petit studium, neque devotus alias fæmineus sexus, imò sicuti effeminatus degenerat à virilitatis virore, sic & fæmineus, uti adulterinus à nobili virtutis, ac pietatis, erga Deum indole. O Amor mundi muliebris, quantum inter homines dominaris! *Et effæminati dominabuntur eis. Colossus observat tempus, & omnes circumstantias, ut prudenter agat.****

N. 125. *S. Bernardus serm. de diligendo Deo. Quid est, quod non invenitur questus? Tres causas esse, attendite: Que interim occurrunt, & querentes frustrari solent, cum aut videlicet non in tempore quarunt, aut non sciunt*

*Mundus muliebris, non videtur procul, à Demonè, neque ab inimica carne.*

ent oportet, aut non ubi oportet. Virtutū quippè quæstores, tempus, modū, & locum inquirent, antequam, quod optant, quærere incipiant, nam labor absque præsumpto fructu, rarò inanis non redditur, animo, conatuque manente, frustrato.

*Colossus in opportunitate Succurrit miseris ferventius.*

**C**ur dixit David de montalibus *Appropinquaverunt usq; ad portas mortis, & illicò addidit: Misit verbum suum, & sanavit eos, & eripuit eos de interemptionibus eorum.* Quod perveniant homines, cum sint mortales, usque ad mortis Januas, mirum non videtur, sed quod in ipsomet limine mortis, mittat Deus Verbum suum, ut sanet, & eripiat de interemptionibus, hoc videtur, quid singulare: nam vivere est à Deo, sed mori necessè: quid vult dicere de interemptionibus? Hebraus, inquit, fore idem: *Ac de corruptionibus.* S. Ambros. verò legit: *De infirmitatibus.* Ergo infirmari usque ad mortem, erit ad mortis pervenire portas, si enim homo gravibus non afficitur doloribus, aut incurabilibus morbis, qui sunt desitionis janua, quomodo liberabit ab illis, *De interemptionibus?* Quod si pervenerunt ad mortis ostium, quomodo liberabit illos à sepulchro, *De foveis?* Quod si homo erat sepultus, quomodo eum à corruptione præservabit altissimus, *De corruptionibus?* Ecce quomodo prævenit divinus amor, ut saveat creaturis, quas suo pretioso redemit sanguine, nam penè in ultimo miseriarum est constitutus labore, cum, si oculos ad suum Creatorem convertit, è lacu miseriæ misericorditer manu abducit, *Sic Genebrardus: Velocius venit Verbum, & eripuit eos de infirmitatibus, de interemptionibus, de foveis, de corruptionibus.* Venit ergo in Mundum verbum Æternum, non solum ad liberandum ab infirmitatibus animam, & à mortis porta, & ab omni illo, quod sapit mortis angustias. Vultis scire quare? Videlicet, quia in hora mortis, velit, nolit, homo moritur integre mundo. Quid ergo mirum, quod Christus, qui vita est, in mortis porta se interponat, præstando suis auxilijs vitam, & impediens ipsius mortis miseriæ? *Daniel: cap. 3. dicitur: Quod ille Princeps Barbarus nempe Nabuchodonosor, ligatis jussit manibus, & pedibus illos tres Sanctos Babylonæ pueros, Ananiam, Azariam, & Misahalem, præcipitarique illas tres victimas infornacem ignis ardentem, & non solum ignis, ignito utens rigoris fræno, ab incendio retraxit manum contra eorum innocentiam sævientem, immò in minimas resolvit favillas, ignis impositas pueris ligaturas. Accedit itaque Rex ad fornacem,*

N. 156.

*In majori tribulatione, solet, Deus majoribus adesse solatijs.*

naem,

nacem, & admiratione plenus, turbatus aspexit, quid agebatur intus, & dixit: *Nonne tres viros misimus in medium ignis compeditos, & species Quartus similis est Filio DEI.* Audite, ò Satrapæ, & meæ Aulæ Magnates, quid novi? Quale Prodigium, & quidem inauditum video! tres, inquit ligatos in ignem ardentem injici mandavi, & ecce quatuor video hic solutos, & liberos, & quod magis mirandum, quod quartus sit similis filio Dei. Quid ais Barbare, & infidelis? Quando vidisti Dei filium, nec novisti illud? Quomodo dicis, quod vidisti inter flammam filium Dei? Quod autem magis in hoc eventu videtur admiratione dignum, est quòd dicat, *Et species quartus.* Quomodo tu scis, quod non sit primus, aut secundus, aut tertius? & quomodo tu scis, quod quartus sit filius Dei, & non alius, qui (te in scio) nequiter istum quartum in fornacem præcipitaverit ex vindicta, aut odio? Adest solutio, & illata ex ipsomet Sacro Textu: Ecce quomodo falleris, non enim fuit quartus sed fuit primus. Unde probo? Ex ijs verbis: *Angelus autem Domini descendit cum Ayaria, & socijs ejus in fornacem; & excussit flammam ignis defornace, & fecit medium fornacis, quasi ventum voris flantem, & non tetigit eos omnino æstus.* Ecce, quomodo falleris, ò barbare! similis Dei filio descendit, non utique *Ad illos, sed cum illis,* & expoliavit ignem fornacis ab urentibus flammis, delicatâque, ac subtili aura temperabit flammam, æstumque convertit in refrigerantem ventum, faciendo ex mediatullo fornacis, & ex illo activo elemento, tapetem pro condigno innocentium ambulacro, *Et fecit medium fornacis, quasi medium voris ejus S. legis flantem,* ergo prius quæsit medium in medio fornacis, antequam illi pueri venissent ad medium, ergo non fuit quartus, sed fuit primus, verum tamen benè vocavit Nabuchodonosor ipsum quartum, non quia est quartus in comparatione istorum trium, sed quia significat verbum Divinum, non se solum, sed in quantum incarnatum, & in quantum Deus est simul, & homo, & istud in Sacris scripturis vocatur quartus, ut constat *Ex capite 30. Proverbiorum,* ubi dicitur: *Tria sunt, quæ benè gradiuntur, & quartum, qui incedit feliciter; Rex, cui resisti non potest.* Tanquam si dixisset: tres divinæ personæ benignè & munificè, quando hominem in gratia crearunt, se gesserunt, sed homine peccante, quartus videlicet Christus obtulit se pro victima ad redimendam rationalem creaturam, non quia sit persona distincta, sed propter additionem, & conjunctionem ad naturam humanam, quæ quarta est in numero.

*Quam citò  
accurrit De-  
us illis, qui  
innocenter, ob  
ejus S. legis  
observantiã  
patiuntur.*

numero trium personarum, idcirco benè dixit Nabuchodonosor: vidisse similem filio Dei, Ex quo hoc ipsum intulit? Ex ejus promptitudine favendi homini ad portam mortis exstanti, fore Deum, qui similia miracula facit, infertur. Rupertus noster de Victoria verbi cap: 24. appositè idipsum explanavit, dicens: *Etiamsi non dixisset illi stupidus, & est species quartus similis Filio Dei, nos, qui nunc sumus, scienter, & vero sensu dicere fatemur, quod Species quartus similis fuit filio Dei, & est, qui quartus apparuit in camino ignis, & servos Dei mirabiliter custodivit, signum fuit, quid futurum erat verbum Dei.* Ecce quomodo Deus misericorditer assistit derelictis, atque adstantibus ad portas mortis, nam hi pueri mortui erant mundo, despectis Regis delicijs, & ob hoc, quasi desperati de salute, & tamen clementia Dei non deseruit, immò ipsa porta mortis janua fuit vitæ, ipsamet desolatio, Solatium; atque ille urens ignis, conversus in refrigerium. Ex capit. 7. S. Lucae clarescit, quod vita, & mors sibi obviârunt in eadem porta, videlicet una ad exiendum, & altera ad intrandum, & hoc fuit factum in civitate de Najn, nam mors exhibat illius civitatis per portas, et vita simul per easdem intrare cupiebat. Mirabilis planè eventus, funestus utique quia mortis; & vitæ, quia jucundus, quis unquam vidit mortem, & vitam simul, & in eodem loco? Fortè sunt amici reconciliati. Quis ergo fecit paces inter tam cruentos hostes? Verùm jam non miror, hos contrarios videndo effectus, nam si pervenit creatura usque ad ultimum laboris, & usque ad limina mortis, quod divina misericordia in medio tantæ tribulationis, ut succurreret ad easdemq; portas citò succurreret. Loquatur S. Evang: *Cum appropinquasset porta civitatis, ecce defunctus efferebatur filius unicus Matris sue.* Itaque Adolescens plorabatur, quia juvenis Adolescens, & deplorabatur, quia defunctus, filius unicus Matris sue, & in quo ejus spem reposuerat Mater? *Matris sue.* Nonne sat erat dixisse Matris, ad quid addidit: *Matris sue?* Fortè, quia sunt aliquæ mulieres, quæ potius sunt novercæ, quàm suarum prolium Matres. *Et hæc vidua erat, & ita à fortuna derelicta, viduaque, & non habebat, undè converteret oculos, nisi ad cælum: cum illa esset in tanta miseria constituta, debuit quasi mendicare, atque ostiatim ad portas recurrere vitæ, & gratiæ, ut non solum filium liberasset, sed ut illa, quæ ad portas erat mortis præpæna filij defuncti, gratia etiam vitæ suæ clementia succurreret.* Fuit itaque exaudita hæc vidua, & redivivus filius ipsi

*Dum morset  
in janui. Ho-  
lez Christus D.  
qui vita est,  
nō esse procul,  
ut succurrat,  
ab iisdem  
portis.*

ipsi à Christo Domino restitutus reparando damnum duplicato vitæ beneficio, promptoque succursu. *S. Gregor: Nissenus: Jam defuncto juveni Christum obviare saterur unico filio viduæ, quia erumna molem gravibus verbis, explicuit.* Itaque grave fuit viduæ illius laboris perpeffi pondus, *Erumna molem*, in filij privatione, in matræque viduæ lachrymæ, sed Deus in hac magna pressura, maximam explicuit misericordiam, utrique restituendo vitam! Adolescenti in corpore, & Matræ mortuæ in animo, præ dolore, utrique concedendo vitam, & duplicati beneficij gratiam, ne videatur, quod Deus in majori tribulatione deserit, immò tanquam amans creaturarum promptius, & ferventius assistit, præsertim illis, qui plenè se Divinæ resignant voluntati, & ejus manum potentissimam interpellant auxiliatricem.

N. 127.

*Colossus libenter portat Christi crucem.*

**U**T quid dixit S. Paulus? *Ad Gal. Cap. 5. n. 17. Nemo mihi, molestus sit, ego enim stigmata Dei mei in corpore meo porto.* Nullus itaq; me affligere præsumat, mortificetq; nemo, nam sum satis mortificatus, eò vel maxime, quia stigmata Christi porto. Et ideo (gloriose Paule) nullus vos molestabit, & si aliquis hoc fecerit, ad majus vestrum meritum, affliget: non dixistis, quod inveniebatis vos signatum, & Christi Domini declaratum mancipium, & tanquam fugitivum ipsius? Omnino. Ecce, quod fugitivus est sclavus, & stigmatibus sui Domini Signatus, ut Sciat, atur, cujus Domini sit servus, & quasi cadenti signatur ferro, ergo ipsamet vulnera indicant mancipium fore Christi, & quia fugitivus ejusdem signatum insignijs, cur ergo non debent vos affligere, & fatemini fore mancipium? Imò exindè plus vivetis mortificatus, & à cunctis planè afflictus, Cur ergò dicitis, nemo mihi molestus sit? Optimè dicit, & melius nos instruit. Nam S. Anselm: nomine S. Pauli sic loquitur: ego enim mancipium, sum Domini, & propria voluntate, & placet mihi tantum, quod ejus sim Servus, ut aliquando recorder me fuisse fugitivum, & vulnera renoventur meæ servitutis, & eò instanti, quò me constitui Domini mancipium, omnia damna mihi facta, non sunt mea, sed super meum Dominum cadunt, vel super illos, qui mihi aliquid fecerint nocumentum: idcirco dixit, *porto: non autem habeo: Quia habere, est proprium, non verò portare, imò alienum. Ne mihi molestiam faciatis, quia ego quasi servus, & fugà retractus, & per serviles notas cauteriatus, in toto corpore meo cicatrices vulnerum, que*

*Cui non est molestum, propriū au- dire malum?*

*S. Anselmus hic.*

*pro*

*pro Christo passus sum, porto.* Prorsus argutè, Paulus portat vulnera, non ipsius, sed *Christi Domini*, & hoc est factum, quia me in suam voluntatem resignavi, ergo si aliquis me molestaverit, sibi caveat, nam Christus defendet sua, & me cum illis defendet, ideo me nullus molestet. deinceps multum, ne molestia veniat supra molestantis dorsum.

*Colossus nihil agit Violentum.*

N.128.

**D**ormiebat Nabuchodonosor, & Somno soporatus somniavit, nescio quid, & immemor jam somnij vocari ad se præcepit aulicos Ariolos, & sui Regni Magos, ut ipsi dicant, quod in somnijs ipsi contigerat, his autem accersitis, responderunt se in habiles fore ad interpretandum somnium, cujus sua Majestas non recordabatur: irascitur Rex, quia potens, nam in potentibus solet illicò furor esse præ manibus, verum illi uti cordati viri recensuerunt, non procul fore Danielem in interpretatione somniorum insignem. Cùm autem Daniel comparasset, cujus pectus Arca dicebatur secretorum Dei, dixit sic, scias ô Rex, te somniasse, videre quandam statuam eminentem cunctis, magnam, & solidam, & tam ponderosam, ut tota terra gemere sub ea cogebatur, præ pondere, & tuum cor pariter, præ angustijs sudabat planè plene præ metu, cujus caput aureum, pectus verò, & brachia argentea, totumque corpus usque ad pedes è Metalis varijs, pedes autem ex una parte ferrei, alij verò erant terrei. Ænigma prorsus & somniū inauditum! erasque obstupefactus illam aspiciendo, tuncque lapis unicus, è verticè montis dilapsus ad pedes cecidit statuæ, & in minimos redegit pulveres, ferrumque, & Metalum, atque aurum comminuit, & argentum. O Infortunium! præsertim cùm penè aliqua fortuna nascitur, quando confestim moritur. *Videbas ita, donec abscissus est lapis de Monte sine manibus, & percussit statuam in pedibus ejus ferreis, & fistilibus, & comminuit eam.* Daniel. cap. 2. Econtrà verò David Gigantem lapide superavit, sed usus fuit industriâ, & brachijs, nec non manibus, atque animositate. Ecce, quod uterque ex ijs lapidibus, unum superavit monstrum: Videlicet Davidis, utique Gigantem, & montis lapis, statuam superbientem. Cur ergo David, ut Goliath prosternat, eget fundâ, & Lapide, manibûs, atque brachijs, & lapis ex monte neque brachijs, neque manibûs eget, *Sine manibus?* S. Petrus Damian: nobis aperiet intelligentiæ oculos, & hoc singulare mysterium, *Lapis, inquit, abscissus est de monte sine manibus, jactus est lapis, & percussit*

N, 130.

*Cosossus super cuncta amat Dei Charitatem.*

*Qui verus est amans stans* **B**ernardus sem: 4. super illa verba Isaie cap: 6. duabus velabant faciem  
*do volat in a-* *ejus, duabus velabant pedes ejus, & duabus volabant:* ait sic: *Vidi*  
*matris obsequi* *stantes volare, & stare volantes.* Totum enim compatitur in amante, *sta-*  
*um; & qua-* re promptos ad serviendum, & simul volare ad obtemperandum. *liter?*  
*liter?* circo fuit celebris quondam inter Romanos illa competentia cujusdam

Neo-Dei super electione, & unusquisque ex senatoribus suam aperuit  
 mentem: alij enim suffragabantur Marti, & supremam Deitatem nosce-  
 bant, quia potentia bellica hostes reipub: supplantare sperabant, non  
 enim admiserunt, quia erat pro Deo valde crudelis, tumultuumque  
 seminator, & fusi sanguinis amicus, alij autem secundabant Bacho  
 promittendo sibi liberum luxum, & lusum, lætos dies, cor hilare, nec  
 etiam hoc admiserunt, quia si cives Romani tempus tererent in meris  
 tripudijs, erat lascivientes nutrire animos, & rebelles sibi promittere  
 voluntates: alij Plutonem optabant pro Deo, quia sibi opes promitte-  
 bant, & ingens pro republica, & pro se peculium: hi enim prævaluit-  
 sent, nisi pauperum vota contradixissent, sed quia Pluto fuit ipsis con-  
 trarius, noluerunt eligere pro Deo. Denique decisa fuit lis, & cecidit  
 super Deum amoris fors: Iste enim illius fuit depictus tanquam pul-  
 cher juvenis nudo capite, lacera veste, pectorèque detecto, in cujus  
 effigie, & in oravestis, erat hæc inscriptio: *Vita, & mors;* in fronte ve-  
 ro *hyems, & ætas,* & manu signabat cor, & super illud extabat inscriptio ista,

*Deus noster, longè, & propè.* Iste (dicebant) Primas meretur esse Deorū, videlicet Deus  
*Deus est su-* qui in vita, & morte scit amare, & Deus qui omni tempore amare scit, &  
*per omnes* Deus qui tã ardentè amat absentes sicuti præsentès, iste est Deus juratus,  
*Deos, non so-* & divino charactere meritus; Iste est (inquit Aristoteles) quæ Roma cele-  
*lum quia ve-* bravit pro suprema Deitate. Ecce meliorem tibi ostendam amoris effi-  
*rus, & quia* giem divini, in illo, qui sedebat in throno. Nam vivens nos amavit,  
*est tam bene-* & moriens nos dilexit. *Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum uni-*  
*ficus, sed quia* genitum daret, amans nos in hyeme adversitatis, & in æstate virtutis.  
*est benefactor* Qui solem oriri facit super justos, & injustos. Etiam longè, & propè,  
*& ipsum be-* videlicet amat illos, qui sunt procul, dando illis auxilia sufficientia,  
*nescium,* ut ad ipsum veniant, & justos, ut in ipso, & apud ipsum maneant, &  
 propè



propè ipsum. Suis ergo pennis Angeli velantes pedes, & caput, non verò pectus, à quo amoris manat scaturigo, dicuntur.

*Colossus pro Christo D. patientes, valdè Consolatur.*

**S.** Bernardus *serm. 44. in Cant:* sic ait super illis verbis cap. 1. Cant. *Fasoiculus myrrha dilectus, &c. Si dilectus in myrrha, multò magis in Boiri suavitate.* Qui in amoris est dulcis, in dulcibus non erit amarus. Felix, qui in cruce experitur refrigerium veluti S. Andreas Apostolus, & Beati illi, quibus in devotionis erga virtutem mensa apponitur sicuti Christo Domino Apostoli particulam assi piscis, & favum simul mellis, ut post sentias in ore squamas, & scabrosas piscium spinas in gutture, sentiat, & totius dulcoris suavitas, & post candentis craticulae sentitos in S. Laurentio ardores, & in S. Stephano impetuosum ferientium lapidum fragorem, Laurentius experiat refrigerium, & Stephanus Angelicum induere vultum, & apertos videre caelos ad ejus solatium, ejus gloriosum expectando adventum.

*Colossus amare, ac redamare Deum scit optimè.*

N. 131.

*Post Crucis, & laboru amantudinem merito succedit vultus, gratia, Dei, & Gloria.*

N. 132.

**I**dem *serm. 83. in Cant, ait: Cum amat Deus, non aliud vult, quam amari.* Cur hoc dixit? nonne non vult revereri? Non vult serviri? non vult timeri? non vult cum Benefacit, glorificari? non vult, si aliquid ei debetur, solvi? Si aliquid petere quis indiget, non vult rogar? Omnino, sed cum amat, non aliud vult nisi amari. Hoc est, *Cum, id est, quando amat, non vult aliud habere nisi amari, quia in eo quod semper ametur, comprehenditur totum, quod ab ipso desideratur.* Quid ergo ipse de te optat? Quod illum non offendas; Ecce quod non offendis, si amas; & quis quem amat, non libenter servit? Qui beneficia amoris, amoris beneficio non solvit? Sic omnino est. Quando autem Deus amat non vult nisi amari, qui quasi impatiens divinus non vult pati amor, quod ad alia distrahat anima cogitatum, verba aut opera nisi ad amandum, putando perdi tempus, quod in amantem amandum non consumitur, non libenter habens, quod purus Dei amor, cum alterius amoris aqua comisceatur: praesertim cum inde sequatur, quid quid boni anima sibi excogitare potest pro tunc, & pro semper felicitatis gradatim ascendendo ad veræ culmen Beatitudinis. Discretè planè hunc amorem ab anima Deo indefinenter exhibendum David commonstravit his verbis. *Et thronus ejus sicut sol.* Est enim anima Dei thronus, ubi profectò manet, ubi regnat, ubi libenter habitat,

verū

verum cur animatus Dei, thronus debet esse sicut sol, & non sicut luna? quia luna est mutabilis, & anima debet esse in amando Deum constans: quia lucet solum noctu, nil de die, & thronus Regi, & servit de die, non autem noctu, tunc enim tempus est, se ponendi ad lectulum, non autem manendi sub throno. Deinde luna non se sola, sed stellis associata, nocturnæ lucis peragit gyrum, tanquam insufficiens ad superandas tenebrarum vires, astrorum eget amica, atque cœva sodalitate. Sol verò Sphæræ tanquam propriæ sponsæ servit tam fideliter, ut ille solus sit solus, qui luci, & sua lucè illi lucet. Sol, inquit, sol dicitur, quia solus lucet. Ideo thronus ejus sicut sol. Et sicut sol lucet solus, etiam thronus melius solus lucet. Cui? sedenti in throno, & non alteri; hoc est Regum Regi, sicuti thronus animæ, nulli cedens locum, neque alteri sedere permittens, nisi suo sponso, in throno sedenti.

N. 133.

*Colossus nugat, ac Nugatores, odio habet.*

**B**ernardus serm: 3. de parvis, ait: *Hinc mihi gehenna, hinc corona paratur, & inter hanc, & illam medium nugari libet, oscitare delectat? nec cupidus plant, nec pavidus.* Sunt qui nec affabilitate, nec rigore trahuntur, imò ut Pharaones, nec verbis mollescunt, nec plagis corriguntur, aut verberibus, proterva agentes renitentia, perfidaque incunctis nequitia.

N. 134.

*Colossus amat multum munditiem.*

**I**dem serm: 6. de ascensu: ait: *Spiritualis gratia plenitudinem occupata mens non admittit.* Profectò, Vagina abscondens intra se gladiū ex ligno, male alium admittere poterit ex calybe, aut ferro, neque poculum aqua plenum, haud optimum poterit admittere merum, imò opus erit ut vagina, & poculum malis evacuentur, ut pretiosioribus repleantur. Idcirco ait S. Paul: 1. ad Corinth: cap. 13. *Cum eram parvulus factus*

*Si volumus à piebam ut parvulus, loquebar ut parvulus, &c.* Cum autem factus Domino alifum vir evacuavi, qua erant parvuli. Sicuti enim in morbidis, humorem quam obtinam pecantiū, necessaria est evacuatio, ut amissa, restituatur ægro, vana gratiam letudo, sic & in anima, ut bonis, & donis repleatur Spiritus, opus est animam prius ut terrenis evacuetur affectibus: & confirmat S. Doctor id ipsum serm. evacuare ab 2. de Verb. Isaie. *Replebitur Majestate Domini omnis terra, quando omni jube- jam jam voluntatis ejus, transgressio nulla non erit.* Cum autem hoc dimittitur culpa. *facile veniat mortalibus.* Ait David. *Psal: 71. & replebitur majestate ejus*

*ejus omnis terra, fiat, fiat.* Ut quid duplex fiat, si unum fuit satis ad formandum cælum, lucem, &c? Quia illud fiat absque voluntate humana fuit prolatum, sed ut evacuetur humana voluntas à terrenæ alicujus cupiditatis repletionem, opus est duplici fiat, semel utique à voluntate humana, ut ab illis evacuetur, & semel à divina, ut divinum velle exequatur, ad id suaviter homini, voluntatem alliciente, & simul efficaciter imperante. Disparitas alia est; quia illud creationis fiat à Divino procedebat imperio, sicque illicò factum fuit quod desiderabatur per fiat. Sed istud duplex fiat est optativum, sicque bis, & millies debet optari, & adhuc quod factum illud sit veniet difficile, ut quod faciendum est fiat sicut debet fieri, nempe ut Divinæ in cunctis conformemur voluntati.

*Colossus optimè intelligit, quod legit.*

**S** Bernardus super illa verba, *oleum effusum nomen tuum* sic ait: *serm. 14. in Cant. Judeus habet oleum, sed non effusum, habet in codicibus, sed non in cordibus. Quid tibi prodest pium Salvatoris nomen lectitare in libris, nec habere pietatem in moribus?* Legere, & non intelligere inutile, & inutilius intelligere, quid continetur virtutis in libro, & vitare animam ad contrarium mentem inclinando studium.

*Colossus detestatur avaros.*

**I**dem *serm. 76. in Cant.* Super illa verba *S. Joan: cap. 21. Simon Joannis diliges me plus his?* sic ait: *Hoc est plus quam tua, plus quam tuos, plusquam te? Et contristatus est Petrus. Quare contristaris Petre? qui enim securus est in conscientia, liber est à noxa. Non vides hanc in tuo Magistro non fore diffidentiam, potius namque sunt amoris dubia invitantia ad mutuam complacentiam, quam de tua intima dubitare amicitia. Tamen contristatur S. Apostolus. Quare? Non quia interrogavit, sed quia interrogavit Tertio. Prima transeat mei affectus inquisitio, quia noscitur ex illa mei erga me Magistri chara reflexio, & pariter secunda, quia primæ videtur confirmatio; Sed tertia venit mihi valde dura, & usque ad contristationem aspera. Quare ista, & non aliæ? Chry: hic. *Deinde interrogatus, & tertio conturbat rursus formidans priora. Promiserat supra cap. 13. ponere animam suam pro Christo, & audivit illicò, ante quam Galus canter, terme negabis, Et cum recordatus fuisset Petrus, hoc in trina ad impletum negatione, memoria hæc illum conturbavit, sibi timens, vel non perstiturum**

N. 135.

*Legere, & nō intelligere absq; virtutis studio, maximum pro anima videtur tormentū.*

N. 136.

*Trina à Christo D. facta interrogatio S. Petro, quare conturbatur Apostolus?*

rum in contestato amore fidelem, vel Magistrum velle dare ad intelligendum ipsi, mala priora, ad ejus coram alijs confundendam personam, & simul auertendum ab eo recidivam, & praveniendum, ne denuò in eandem, ipsum negandi cecidisset foveam. Et profectò timendum ab omnibus venit, ne qui semel, bis, ter, incepit claudicare, trahatur claudicatio in consuetudinem, & in nocivam peccandi facilitatem. In illis autem qui amant aliena, plusquam propria, sicuti in avaris, poterat interrogare S. Bernardus, Amas me plus quam tua, & plus quam aliena? Sed quod ipse non inquisivit, potest, supponere veritas, nam propria amantur, quia possidentur, & non propria, ut crescat thesaurus, eò plus, quò plus crescit plura congregandi insaturabilis avari appetitus, Hidropicaque cumulandi cupiditas.

*Colossus perspicaci pollet ingenio.*

N. 137.

**B**ERNARD: serm: de 4. debito: justum deduxit dominus per vias rectas sicut: *Via domini via recte, via pulchre, via plena, via plana.* Ubi regnat *Recte sine errore, quia ducunt ad vitam, pulchre sine sordè, quia docent ignorantia, & munditiam, plene multitudine, quia jam totus mundus est intra Christi cile seducitur sagenam. Plana sine difficultate quia donant suavitatem.* Error ubi *est seducit, ignorantia ubi est non ducit, anigma, & si ducit, non perducit.* Anima. *Seducti, non ducti, subindè non perducti, quia erroribus, & ignorantijs subsunt, licet non conducti.*

N. 138.

*Colossus Sacra B. V. Marie collaudat ubera.*

**I**DEM serm: 9. in Cant: super illa verba: *Quia meliora sunt ubera tua vino.* Ait: *Carnes voluntatem vincunt, hæc, quas tua nobis ubera stillant delicia spirituales.* Idcirco meliora ubera, nam uva semel expressa, non habet jam quod denuò fundat, sed perpetua ariditate damnatur, verum ubera, non; si hæc enim cum exhausta fuerint rursum de fonte materni *Quod dura- pectoris sumunt, quod propinent sumentibus: Bonum enim est vinum, bilis est bo- nam cor hominis lætificat, & pariter uva, ex qua exprimitur, quia pul- num, tibi est chra, quia sapida, quia nutritiva, sed post quam exprimitur desinit eli- nitium, & se uva, ad Æternam nihilatem damnata: ubera, vero, etiam si nutrices delectabilis premantur, & in nutrimentum, ejus lac infantibus propinetur, quasi ex- Deo. haustus fons denuò sæcundatur, & cum eodem dulcore infantibus abundè exhibetur.*

*Colossus idem, ac supra ingeminat.*

*N. 139.*

**C**andidus utique, & Rubicundus est Jesus, Nā Divina candet Christus generatione, qua Deus, & humana, rubet quā homo. Quā enim, Deus Candor est lucis æternæ, in ipsamet luce, & igne accensum ostendens ruborem, absque peccati rubore, juxta illud; *Juxta cap. 1. Ubi ait: Si fuerint peccata vestra sicut vermiculus, velut lana alba erunt.* Ex parte verò Matris rubet etiam, & candet: rubet utique ob rubentem Sanguinem è purissima acceptum Matre, & candet, quia in candore Virginitatis candet, & hoc ideò probatur, quia *S. Joannis Cap. I. Loquendo de Filijs Dei per gratiam ait sic: Qui non ex Sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt.* Si enim hoc prædicatur de Filijs Dei per gratiam, quare non de Filio Dei per naturam? Non solum procedente à Patre, quā Deus, sed etiam procedente à Virgine Matre, quā homo: præfertim cum de illa procedens non ex sanguinibus, sed ex solo ipsius purissimo sanguine, quā Virgo æterna canduit, & Virginitatis flore, ut rubens Rosa ènituit, & denique qualis Mater, talis Filius, quā homo, nam Mater est candida, & rubicunda, candida videlicet virginitatis albore, & rubicunda gratiæ rubore, non ad ruborem, cum absque peccato fuerit concepta, & nata: quod confirmat *Idem mellistius Doctor* Sic dicens: *Ipsè enim (idest Christus) Et si non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, De sanguine tamen Matris natus est, & nihil in Candida eo ruboris illius, videlicet alicujus peccati proprii, aut à Matre hereditati, rubicundum inuenietur.* Sentis ne, ò Virgo Beata! hanc gemini coloris mixturam? *quare?* Omnino. Quia vera sponsa Christi hos sentit in se effectus. Cur ergo quæ Mater sum hujus sponsi, in me hoc præ cæteris non sentirem beneficium? Nec quidem ab Angelo plena vocarer gratia, si mihi defuisset ista: si sum intelligentiæ sole induta, per incarnatæ lucis ministerium, & in me candidū sentio invisceratum ipsummet filiū, eodē non participabo candoris privilegio? Inde ad ipsum amore amandum materno accendor, & rubesco à meo filio rubicundo toto, igne filialis succensa Charitatis, atque candida niveo lucis æternæ me illustrantis splendore fio.

*Colossus incantatos merisò oburgat.*

*N. 140.*

**C**ur dixit *S. Bern: super Psal: Qui habitat in firmamento, Cantè ambula, o homo! neque audeas illo presente (videlicet Angelo) quod me vidente non audeas.* Consilium planè Sanctum: sed ab improbis parum in affi-

matio.

matione habitum, imò Deum (quod plus est) nec curant præsentem, nec vindicem, nemo enim peccat, qui intueri à Deo nesciat, verum tamen impudenti animo, & dissoluto corde, quasi innata malè agendi libertas in cunctis perperam agit, nil curans nisi quod eidem propria arroganter dicat voluptas, ac conspirata in malum perversitas. *Isaie cap. 38. n. 17.* dicitur: *Projecisti post tergum tuum omnia peccata mea.* Ista quippè Dei erga homines pietas, è maxima oritur misericordia: nostra utique peccata projicere ad terga, seu ut excidant (si possibile fuerit) è memoria, vel procul sint ab ejus oculis, ne puniat. Verum quod homo propria projiciat post terga peccata, & cum illis eorundem penitentiam, magna videtur impudentia: quia quod portatur in dorso, licèt à gestante non videatur, à spectatoribus meliùs videtur. Quia quod portatur antrosum, aequaliter potest celari brachijs, sed quod retrorsum cunctorum palam fit oculis. Ergo nota videtur delinquentis inverecondia, non curans, quod ejus videantur ab omnibus peccata, & imò ne de illis pœniteat, ad terga projicit, ut alij, & illi, & ejus impenitentiam, atque impudentiam clarius prospiciant. Ideo dicitur in Æsopi fabulis, unumquemque hominem duplicem portare sarcinam, nempe antrosum unam, & alteram retrorsum, & in anteriori, aliena gestare vitia, & in posteriori propria: ut aliena videat, & propria procul habeat ab oculis, ne illa videat, seu, ut aliena digito ostendat, & propria, corporis tegat umbra, sed in cassum planè, quia citiùs, & meliùs circumspicitur, quod super dorsum, aut humeros portatur, quam quod inter brachia tenetur, & cum hoc sciat petulans delinquens, ut ejus magis innotescat inverecondia, plus se detegit propria ad terga projiciendo vitia, non solum cautè coram Deo, & Angelis ambulando, sed, & coram hominibus, & castis oculis liberè delinquendo. Probus, atque hospitalis vir fuit Loth, Angelos excepit in domo, invitat, reveretur, & humanitatis colens jura, hilari hospitatur vultu, amabili colloquio, affabili obsequio. Sed quid sentiunt vicini, & cives de isto eventu, & Angelorum adventu? Valde malè, vallarunt utique domum, à majori usque ad minimum. Ut quid tantus eorù rumor, cum nota sit justis Loth vitæ integritas, & virtus? Quid hoc ad nos? Noscere quales sunt hi advenæ prærendimus. Ecce enim mihi illos hospitari, imò foret contra naturam legem, & contra debitum proximi.

*Impudentia peccatorum est nota, quia etiam si ab alijs videantur, non curant.*

proximo amorem permittere inconsolatos abire, æstimo denique illos plus quàm meum sanguinem, quapropter illos mihi non petatis, potiùs vobis duas præsentabo illicò, quas habeo, filias, antequam vos intrare ad eos permittam. Illi autem viri, & vácors tumultuantium agmen, ví voluit perfringere januas, & insolescere contra causam justam. Isti enim stolidi viri bene noverant, Loth fore justum, siquæ nil contra illum moliebantur, sed advenæ odor bonus, solet esse ijs, qui infirmitate oculorum, mentis, aut voluntatis laborant, fætor intolerabilis. Memineritis, actum fore charitatis, O Barbari! hospitio recipere egenos, gratum Superis fore opus, nullum emanasse Edictum à Principe in contrarium, imo humanè tractare peregrinos, civile fore in omni judicio, & ubi politicum floret gubernium. Quid inde? respondet effrænis planè inverecundia. Debemus intrare domum; sit quod sit, atque hi peregrini à nobis videri, & examinari. Quod si fuerint Angeli, quid dicetis? Erit unum, & idem. Sic? Ergo si non intelligitis verba, experiemini verbera. Quæ? Maxima plane. *Eos qui foris erant percusserunt cecitate, à minimo usque ad maximum, ita ut ostium invenire non poterant.* Mirandus profus eventus! æquè omnes puniuntur, Maximi uti parvi, & parvi ut maximi! Meritò quidem, nam parvitas materiæ in subjecto, non facit parvitatem materiæ in reatu, potest enim agens esse pigmæus statura, ætate, studio, aut merito, & minimam applicando ad combustionem scintillam, incendere sicuti maximus prædia. Ergo eandem tenentur hi subire pænam; sed cur cecitate mulstantur, & non lepra? Cur in oculis, & non manibus, aut pedibus, sorditate, aut alio supplicij genere? Ratio est manifesta, & in Saero textu notata. Videlicet: *Ita ut ostium invenire non possent.* Invirecundi enim si semel habent ingressum, nec curant jura; neque Deum, neque Angelos, quia laxato verecundiæ fræno, præcipiti agunt impetu, omnique libertino impudentiæ conatu. Idcirco ad huic perverſitatis obviandum contagio, nil securius quàm occludere ostium, ut non habeant accessum, & si non fuerit satis illis obserare ostiũ, adhibeatur, & facerè cæcos, ne inveniant illud. Erubescant ergo illi, *Qui letantur cum malè fecerint, & in rebus exultant pessimis.* Sicuti dicitur *Probenemeretur verb. cap. 2. n. 14.* Idcirco salubriter consulit Mellissius Doctor, ut oculorũ multitudine coram Angelis ambulemus, quia si incautè agentibus cum, & *Etari cecitatorum* Loth tam severè puniunt, quid fecissent si illis par fuisset facere.

*Qui cæcus est passione, & naturalis agere in SS præsumit, bene meretur.*

tus despectus? Nisi velis dicere: utrisque factum fuisse despectum, & Angelis, & domui Loth, istum enim vindicant Angeli occludendo domum, ante suos oculos, & Angelis factum, eorum oculos pro semper obelando; ut alia vice addiscant non aspicere malis oculis peregrinos, & licet al incognito Dei Ministros.

N. 341.

Colossus expergesaëlo, aspicit cuncta, oculo.

**S.** Bernard. serm. de Annun. Virg. Vis, o homo! in periculo esse securus? *time securitatem. Vis esse à Demone Liber? Angelos de calo rimis.* Homo enim seipsum debet timere, & potiori alios jure. Ipsa namque securitas est metuenda, nam ut ait Seneca ep. 4. ad Lucillum. *Ad omne formatum bonum suspensi, & pavidi subsistite, quia beneficium fortuna, insidia sunt.* Nusquam ullus nimis confidenter teneat cum fortuna,

*Ubi imminet  
periculū, ex-  
perge a factō  
incede, & age  
Oculo.*

quia in re fallaci, aut fallibili, nil de infallibilitate reperies, præsertim si invidia, aut æmulatrices te circumveniunt insidiæ. Inter scopos, & sinuosos, peritus navigat nauclerus anfractus, per vada, & freta profunda vitam agit piscator, & ille navigat tutius, qui cautiùs, & securius, qui timidius, si militia est vita hominis super terram, Malus utique miles, qui circumdatus hostibus, sibi suadet fore extra periculum. Quid dicam? Nec humatus securus eris. Ibi te invadent vermes, qui te corrodant; eventus qui te deformant, squalores qui tibi, & omnibus feteant. Quomodo ergo dicit Job cap. 11. Quod infra terram tibi erit securitas. *Habebis fiduciam proposita tibi spe, defosus securus dormies?* Sed quomodo securus? Ab hominibus, transeat, sed ab alijs inimicis nega. Idcirco *Qui stat, videat ne cadet.* Sed cum stare semper sit difficile, naturaliter homo debet sedere, & ipsum sedere est semicadere, aut jacere, & illud jacere, est cadere totaliter, ergo si timet, quia non potest stare, sedere, aut jacere cogitur, si habes, sicut habes hostes, quod ipsemet tu facis voluntariè, non laborabunt hostes, ut id ipsum facias invitè? Absdubio. Et si hoc faciunt corporis, & tuæ fortunæ adversarij, quid non facient animæ inimici? Ergo non laborat caro, ut te debilitando prosternat? Et diabolus, ut te vincat? Necnon mundus, ut te seducat? Vere tensa, ut te capiant, ij habent nova retia: Sed nullus major inimicus, quàm qui alijs insidiatur. Quid est insidiari? Occulta alicujus exploratio, seu fraudulenta machinatio, qua nocere, & offendere intendunt, & quo plures insidiatores, insidiæ plures; ergo tot quot habet inimicos virtus, habet contra se in-



se infidiatorēs justus. Aucupes planè innocentiae, sub pallio Zeli, aviculis ponunt laqueos. Ergo ut sis securus ab illis, age cum eis absentibus (& ubi minus putas delitescentibus) quod cū praesentibus fecisses. Quid fecisses, si praesentes forent? Quod facit Mergulus, qui timens aucupum insidias, se immergit in aquas, usquedum transeat iniquitas, Nil absq; pe-  
aut sicut simplex erinaceus, qui olfaciens venatorum insidias, intra viculo, nisi fa-  
spinosam se recludit pellem, donec infidiator abeat: nec hæc durabi- mulari Deo,  
lia videntur remedia, neque erinaceus, neque mergulus, neque homo neq; tibi fidus,  
vivere semper valent reclusi, nam egent, ut vivant, respirare. Quid nam intra te  
dicam? Neque ipsa aura te in pace relinquit, nam si calet, te angit, Domesticos  
si friget, congelari times; si ventizat, sentiunt aures, si turbida, aut hostes gestas,  
nimbosa, mærore consumeris, & denique si temetipsum debes timere,  
quia tecum domesticos nutris hostes, quomodo poteris esse securus  
de alijs? Ergo caro, non est animæ carnifex, & appetitus Spiritus  
purgatorium, & invidia aut æmulatio, dura sicut infernus? Quoties  
sensim fallaces, & tibi infideles te decipiant sensus? Quoties tua lin-  
gua per errorem, & aliquando studio loquitur contra se ipsam? Quoties  
perlustratores oculi vident, quæ non decent, & aures audiunt, quæ non li-  
cent? Quoties manus tua, & pedes inadvertenter impingentes, se vul-  
nerant usque ad sanguinem? Quid dicam de tuæ animæ potentijs? Ergo  
mens dum intelligit, quid pro quo, non te seducit? Ergo vo-  
luntas aliquid inspidè agens, non amat, quod tibi nocent? Ergo me-  
moriam amissi boni, aut perpeffimæ mali, ad nauseam non te torquet? Ergo  
si nil in hoc mundo securum, quære securitatem in cælo, ubi est veræ,  
& securæ securitatis thesaurus: ut ait *S. Matth. cap. 6, n. 20, Thesauri-  
zate autem vobis thesauros in cælo.* Quare? Quia ibi neque inimicitiae  
ærgo, neque infidiantis nequitiae tineæ, demolire potest, neque vigi-  
lantes fures aliquid tibi rapere. Sed in hac vita, poterimus ne hujus-  
modi frui fortuna? Omnino. Ubi? Planè in tui puri cordis centro, *Ut vivas se-  
S. Augustinus de innocent. Gaude, & Latere Innocentia, quia ubique se-  
cure, cum enim tentaris, proficis; si humiliaris, erigeris; si pugnas, vincis; bi, neq; alteri  
si deprimeris, coronaris.* Ergo in te est positam, ut vivas securus, secu-  
riusque semper, si vere nec tibi noceas, neque alteri: colas itaque so-  
lenter innocentiam, quia illa (& nil aliud præter Deum) est ubique  
secura. Cur cum Archangelus loquitur cum B. Virgine, & ait sicco  
quasi stylo *Maria*, & non *Domina*, Benedixit? Serpens enim tan-  
quam

*Ut V. SSS. sit  
absq; ullo ri-  
more Archā-  
gelus Gabriel  
adhibet om-  
nes vires, &  
omnium ipsi  
promittit as-  
securationē.*

quam inurbanus, neque Euam vocabit Dominam, neque suo interpel-  
lavit nomine, neque illam vocavit fœminam, neque mulierem? Quia  
deperdita gratia, & non superbia, forte suam putavit minuere authori-  
tatem, Si tam familiariter cum illa instituit sermonem. Sed Archā-  
gelus Gabriel cum sit Omnipotentis Legatus à Latere, apices nobili-  
oris observat politis. Vocavit enim Deiparam Dominam; illam vo-  
cando Mariam, nam Maria interpretatur Domina. *S. Bern: homil: 3. su-  
per Missus est. Familiariter Virginem vocans ex nomine, benigne ne-  
meat, persuadet, nihil hic doli, aut fallacia est, nullam circumventionem,  
nullas hic suspicere insidias.* Salve ait Maria, omnia enim sunt in  
salvo, quia tecum est Dominus. Ne timeas inter mulieres Benedi-  
cta, nec habes unde metuas. Missus sum à Deo, & vocor Gabriel,  
hoc est, *Fortitudo Dei.* Non ut vim inferam, neque ut tecum in hæc  
superna Legatione tecum fortiter agam, nuntiando te electam pro  
Unigeniti à Patre, Matre. Legatus sum nominatus pro pacis tracta-  
tu, inter Deum offensum, & hominem captivum, & à te extorqued  
consensum, ut te mediante, hoc tam magnum perfici valeat opus. Nil  
in me inveniens doli, quia sum Angelus, & ex bonis, nec putes impos-  
sibile, quod tibi repræsento, quia qui fecit ex sterili Elisabet, nasci vo-  
cem divini Verbi, quare nonaget in te, & exte, & per te verbum illi  
respondens voci absque tui Virginei iactura pudoris, sua Omnipoten-  
tenti Virtute? Ut autem magis sis assecurata, Chartam assecurationis  
in tuis intemerati uteri, invenies atq; vivi tui sanguinis, membranis. *Et  
Verbum Caro factum est, Dominus tecum.* Quid dicis Virgo immacu-  
lata? dico quod fiat secundum verbum tuum. Et quod eum iste pere-  
grinus conceptus, non sit in me, à te, sed à Deo concipiente, & con-  
cepto in meis visceribus sentiens: Gaudeo quod ex mea carne, divi-  
num Verbum fuerit factum caro, quia sum sic extra periculum ego, &  
homo per me in securo positus.

*N. 142.*

*Colossus secundam Virginitatem Deipara devotè Concelebrat.*

**C**Ant: Cap. IV. Osculetur me osculo oris sui. Quis petit, & à quo oscu-  
lum? Nempè Sponsa à Sponso. Multum quidem, & haud usitatū  
est hæc, in pudibundo sexu, verum ubi est puritatis securitas, non miran-  
dum, quod amica agatur confidentia: advertat discretus, non petisse  
osculum pedum, sicut Magdalena dedit Christo Domino, neque ma-  
nuum osculum, quod est nimis manuale, sed osculum oris, quia alia  
oscu-

oscula, ut dentur, inclinat se homo, usque ad manus, aut pedes, & non videtur, quod hoc desiderabatur, & sponsa volebat os ad os loqui cum sponso: Ad videndum, an amorem sponsi erga illam, & ab ea conceptum, confirmet aliquo amoroso, oris sui, osculo. Et in quo se fundat, ut rem tam arduam petat ab eo? *Quia meliora sunt verba tua vino, fragrantia unguentis optimis.* Quomodo sponsa ait sua, cum non sint sponsi ubera, sed loquentis sponsa ubera sint? Vocavit *Tua* meo videri juxta illud amantium adagium: *Omnia mea, tua sunt.* Modò S. Doctor Mellissus serm. 9. *Cant: Habes sponsa quod petijsti, & hoc tibi signum, quia meliora sunt ubera tua vino.* Hinc te scilicet noveris osculum accepisse, quod te concepisse sentis, unde, *& ubera tibi intumuerunt facta in ubertate lactis meliora vino.* Quomodo enim possunt meliora esse ubera, quam Vinum? Vinum utique etiam est corporis nutritivum: visum clarificans, calorem augmentans, multos morbos sanans, mentem, cor, & animam latificans; & denique lactis officia præstans vitæ defæcatû, & si lac est senum, quare non juvenum? Si autem vinum ita eminet, cur non debet esse tam bonum sicut lac extortum, & fluens ex uberibus? Denique quia ubera, & illorum lac, est potius pro infantibus, & jam non est infans sponsus. Cur ergo debet dicere sponsa, quod ejus ubera meliora sint vino? Sanè dicit optimè (ait Bernardus) *quia ubera ipsi intumuerunt facta in ubertate lactis.* Ubra namque sic dicuntur ab ubertate, non quidem carnis, sed lactis, non modo Purissima B. lis, sed virtutis. Ecce in Maria Sanctissima ejus Materna probata fecunditas, & cum Virginitatis flore composita. Quomodo? Dicam, & cum novitate. Quid ait: *S. Paulus ad Ephes. cap. 5. Nolite inebriari magis stabili vino, in quo est luxuria.* Ergo meliora sunt ubera tua vino: *Quia tu, cum Virgilius ubera tumida sunt, & lacte plena, absque luxuriante natura, aut ginitate per alicujus rei, quæ lascivientis vini idolem sapiant.* *Habes enim quod petna, fecunditatis.* Petijsti osculum, & accepisti, & in hoc nosces fore jam gravidam, quia intumuerunt ubera, nulla vi à vino, seu ab aliquo lasciviente facta, sed divinitus Spiritus Sancti te solam osculantis, & simul fecundantis opera. Deinde meliora sunt ubera tua vino, quia vinum replet ventrem, sed adminiculo manuum, & lagenæ osculo, sed ubera sponsæ, non hominum adjumento, aut corporali osculo, sed Spirituali Spiritus S. afflatu, abundant ejus ubera lacte, ubere de celo pleno. Deinde quia à bibente osculatur vinum, & econtra, est per vini

vini osculum intumescunt labia, non ubera; sed per sponsi osculum intumuerunt sponsæ ubera, non Labia. Rursus quia tumentia per vini haurientisq; osculū labia multis plurimos lactant verbis, sed Maria Sanctissima unico lactat divinum Verbum verbo, lacte Matris vero, ne-ctare Virginitatis fœcundæ purissimo. Præterea vini osculum gravat, & petit caput, illud reddens ad bonum infæcundum, sed sponsi osculum gravat, & gravidat petendo non caput, sed sponsæ uterum, gignendo fœtum, & post hunc ubera lacte plena, pro divinæ prolis in se conceptæ, & parituræ nutrimentū. Et denique quia vini osculum relinquit in ore, & labijs fœtorem, osculum vero divini Sponsi, & Sponsæ redolet in tantum, quod usque ad ipsa genitricis ubera, redolent ad pretiosa unguenta. *Fragrantia unguentis optimis.* Qualia unguenta tam fortiter, & suaviter, hæc sunt ita redolentia? *Hugo Cordem: bis: Ideo dicuntur unguenta optima, quia non tantum corpus curant a fetore vitiorum, sed etiam invisibiliter reficiunt animam collatione virtutum.* Sic enim Mariæ ubera in tantum, ut vitium nullum sit in lactante, neque in lacte, neque in utero virginali, imò collata est virtus fœcunditatis cum virginali pudicitia, illam præservante à sterilitatis nævo, & ab inficienti alicujus corruptelæ contagio, componendo florere, & germinare simul, & in eodem instanti, & in illo brevi, quo durat spatium osculum, quod in nulla mortalium hactenus est inventum creatura, neque invenietur in sæcula.

143.

*Colossus amat perseverantiam in bono.*

Sponsa ait ejus dilecto *Cant. cap. 1. V. 17. Lectulus noster floridus.* Quid ad hæc sponsus? *ibidem cap. 2. V. 1. Ego flos campi.* Ego, ipsemet sum flos, & melior quam quos tu in lectulo habes, nam licet illi fragrantem capiunt odorem, sed non durabilem; & virorem quidem sed amissibilem, nec non, & pulchritudinem, sed brevi transibit in deformitatem: illi lucent, & redolent, sed jacent prostrati, flos verò campi stat semper, & oculis transeuntium expositus, flores autem in lectulo, sunt ibi pro uno, vel altero; flos in campo potest crescere, sed in lectulo, quod decrescat est naturale, Flos in campo nascitur, & vivit diu, in lectulo verò moritur ante tempus. Flos in campo relinquit post se semen, ut ejus genus dilatet, in lecto autem sparsi flores sunt steriles, multiplicariq; non possunt, quia nec radices, nec semen post se reliquunt. Et denique flos campi, in campo est in propria patria, sicut in pro-

proprio centro, in lectulo verò in alterius thori territorio. Appositè S. Bernardi serm: 77. in Cant: *In campo quidem, & in horto oritur flos, in thalamo minimè: redolet, & lucet in eo, non tamen erectus, & stans, ut in horto, vel campo, sed planè jacens tanquam illatus, non innatus.* Propterea necesse tam reparare frequenter, & semper recentiores apponere flores, quod diu odorem suum minimè retineant, nec decorem. Quis est iste lectulus resperus floribus? Conscientia utique est bonis referta operibus, unde certe ut similitudo seruetur, nequaquam sufficere semel, vel secundo operari, quod bonum est, nisi incessanter addas nova prioribus, alioquin jaceat flos boni operis, & marcescat, atque in brevi omnis ex te nitore, exterminatur, & vigor. Ut enim Religiosa Christiani floreat conscientia, & diu seruet odorem, bonum operum floribus, actus debet renovare virtutis, recenterque aqua lachrymarum, & honestæ perseverantiæ humore perfundere, sicuti David faciebat: *Lavabo per singulas noctes, lectulum meum.* Quo Lavacro, Propheta Sancte? Lachrymarum. Rectè planè. Reponuntur enim in terreo vase, aut vitreo infusa in illis aqua, flores, ut diutius in suo conserventur virore; Quid ergo sunt homines nisi lutea vasa, in semetipsis portantes? fac ergo, vir Religiose, ut in te Deus copiosum suæ gratiæ infundat imbrem, utq; illo, & suæ virtutis humore, recentes intra te, conserves bonorum operum flores, ne illis arefcantibus, nitorem perdas meriti, & simul gratiæ decorem.

*Colossus denuo purissimam B. Virginis Conceptionem Collaudat.*

Postquam Mater peccavit viventium, serpentis fraude, & tentator fuit punitus, & ipsa, sententia mortis, damnata ad supplicium, & infidiata à Diabolo. Ille verò serpens ut malum caput, capite mutilatus, & ejus caput pro majori illius confusione ab ipsa muliere contritum. *Ipsa conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo ejus, Gen: 3.* Non enim dicit calcaneis ejus, sed calcaneo, cum tamen viri, & mulieres non unum, sed duplicem habeant calcaneum, ergo uni insidiabitur, & alteri nullum inferet nocumentum, imò relinquet liberum. Et quo instrumento? Ore oretenus, aut morfu mordicis dentium? Neutro. Ense, aut baculo? Sagitta, aut gladio? Manu, aut brachijs? Globo, aut lapide? Non his profectò, sed pede. Quis hoc dicit? S. P. Bernardus serm: de signo magno. *Ipsi est quondam à DEO promissum mulieri, serpentis antiqui caput virtutis pede contritura, hujus planè calcaneo in muliere insidiatus est, sed sine causa.* Altissimus enim unum sibi reservavit

*Perseverantia in Virtute, flos in Cælo: Spiritus verò siccitas, flos in lectulo non durans diu.*

N. 144.

pedem

*Pro Conceptione B.V.M.* pedem, & in pede calcaneum, & calcaneum tantæ virtutis, ut contem-  
 nere illo potuerit serpentis caput, & cum Eua hoc non potuerit præ-  
 stare, id ipsum præstitit Beatissima Virgo pro Eua. Quando? Quando  
 fuit concepta. Quia si illa contrivit calcaneo, caput peccati, qui dia-  
 bolus est, ex quo capite, aut causa, poterat Mariæ in ejus Sathan insidi-  
 ari conceptione? Hoc vult dicere S. Doctor in illis verbis: *Sed sine ca-  
 pite, absque fundamento.* Ergo non subsistunt diaboli insidiæ, nec  
 ejus prava intentio, & ad capitale damnatur supplicium, qui in primo  
 vitalis pedis vestigio calcaneum Mariæ, cum minimo supponit, aut  
 advertit alicujus noxæ Originalis Lapsu.

N. 145.

*Colossus amat Beatissimam Virginem, quia Ipsa Dei Tabernaculum est.*

**S.** Joann: cap. 1. V. 14. ait: *Et Verbum Caro factum est, & habitavit in nobis*  
*Et V. 18. ait: Unigenitus,* qui in sinu Patris, Apud Patrem dicit, quod  
 est? & apud nos, quod utiq; habitabit. S. Bern: *serm. 24. in Cant; Ne da-  
 bites Regem hunc esse, cui perennis accubitus, est Paternæ divinitatis di-  
 versorium.* Difertissimè planè. Non dicit. Quod in sinu habitat Pa-  
 tris, sed quod ibi est. Qualiter? Sicut in diversorio. Quomodo sic?  
 Ecce enim quod in utraque parte sit, & habitet, videlicet apud Patrem  
 & apud Matrem, sed videtur, quod apud Patrem transeunter, & apud  
 Matrem permanenter, ibi in sinu, & hic in Matris gremio: Sinum Pa-  
 tris vocat S. Doctor diversorium, non quia apud Patrem non sit ab æ-  
 terno, aut apud ipsum proprium non habeat domicilium, & melius quam  
 apud sinum maternum, sed quia quousque habitasset in materno utero,  
 erat in procinctu, ad iter faciendum, illum versus, non quidem tan-  
 quam inquilinus, sed tanquam verus secundum carnem ejusdem Ma-  
 tris Filius, inde nascitur, quod sinus Patris ipsi videatur diversorium,  
*Maria SSS. & Bernardo quod Matris, uterufq; illius videatur propriū Christi domi-  
 proprium est,* ciliium: quando enim aliquis longum præsertim facit iter, etiam si pa-  
 ternam transeat domum, aut in ea hospitetur, licet non vivat in hospi-  
*Et dicitur Dei* tabernaculū, tio, videtur esse quasi in diversorio, cum habeat in animo aliorum ire  
*Et quare?* peregrinatum, sed cum jam venit ad peregrinationis locum, ibi quie-  
 scit, & libenter manet tanquam in proprio habitaculo. Felix utique  
 Mariæ uterus, qui vocari, & esse meruit dei domus, & dignum tanti  
 Filij, & mundi Domini tabernaculum.

*Colossus Spiritualem amat Lectionem.*

**A** Poc: 12. V. 1. *Et in capite ejus corona stellarum duodecim.* Quæ sunt istæ stellæ in capite? Lyra ait fore duodecim Patriarchas, è quibus traxit Maria Sanctissima secundum carnem originem. Lucidum planè ornamentum. Quis ergo plus ornat, & lucidius, caput coronam, aut corona caput? Meo videri ad invicem se ornant: sed plus caput coronam, nam corona absque capite non capit, sed capitur; non capit quia non intelligit, sed capitur quia intelligitur. Verum Maria V. liber integer loquens de ista stellata Patriarcharum, & generationis corona, & nemo eorum aliquod de isto libro intellexit verbum, quia erat ultra eorum captum, & thesaurus ab eis nempe absconditus, ergo sunt stellæ in illorum capite, quasi sine capite stellæ. quia non capiunt, sed capiuntur. Quomodo capiuntur? Capiuntur in eo, & ex eo quod non capiunt, quod in hoc legerunt libro. Sed Maria Sanctissima est stella maris, & coronata, & coronam habet in capite, & coronantem, quibus ejus intelligentia est tam illuminata, quod unum legendo tantummodo verbum in hoc libro, intelligit totum librum, & totum totius verbi conceptum, ab ipsa è propria generandum carne, *Et Verbum Caro factum est*, Et congruo pariendum tempore. *De qua natus est Jesus.* S. Bern: de signo magno. *Non tam ornant quam ornantur. Quid nè coronent sidera, quam sol vestit.* Ornari debent potius Patriarcharum stellæ per verbi divini generationem, & solis justitiæ splendorem, quem Maria induit, non solum exterius in veste, sed etiam in suo intemera- to utero Virginali, è quo stellæ emendicant lumen, & Beatissima Virgo ad extra, & ad intra invisceratum nitorem, coronam utique Maternita- tis, & Filium eam coronantem simul, ut solem, quem hæcenus non pro- meriti sunt usque ad illam, & nisi per illam hujusmodi Patriarchæ, & tantæ Virginis progenitores.

*Colossus denuo Beatissimæ Virginis Conceptionem veneratur.*

**A** Poc: 12. n. 1. *Signum magnum apparuit in celo, Mulier amicta sole.* Non potest esse majus signum, quia nec est planeta major sole in splen- dore, nec est nisi unicus sol, & quod ille sit Vestis Mulieris, & tam ju- sta, ut videatur pro illa quasi nata, & scissa, & non pro alio, aut alia, nisi pro illa in specie, hoc planè videtur magnum, & admiratione di- gnum. S. Bernar. serm. de signo Magno. *Jura ergo Sole perhibetur ami-*

*Conceptio di-  
vini Verbi,  
generatiōisq;  
ejusdem, ulis-  
mū, & primū  
totius librī  
Caput.*

N. 146.

*Pro Concepti-  
one Beatis-  
sima. Purissi-  
ma.*

*ista, que profundissimam divina sapientia, ultra quam credi valeat, penetravit abyssum. Peccavit enim Eva, & post illam, & per illam Adam. Qualis inde effectus? Nuditas, ista fuit signum culpæ, & etiam secutæ infamiæ. Gen: cap: 3. Cum cognovissent se esse nudos. Ergo ista cælestis Mulier cum concipitur, & nascitur, nullum signum habet in se hæreditatæ nuditatis, siquidem concipitur vestita sole: cujus radij etiam si luna, & impura lustrent terram, aut loca, non admittunt maculâ ullam, sicuti alia indumenta, sic, & Beatissima Virgo dum concipitur, purissima concipitur amicta sole, & nullo modo justitia exuta originali. Ideo dicitur electa ut sol, quia sicut iste unicus, & solus in solo, & cælo, purior, & melior inter omnia fuit conceptus, & natus astra, sic, & Maria Sanctissima fuit electa, ut illa sola, solo vestiretur sole, in solo, & cælo, puritatis gaudens privilegio, inter cunctos è mulieribus natos, Concipitur enim ut novum in intemerato utero induat hominem, qui sol est justitiæ, & vestis absque ulla inquinante culpa, aut labe. De qua natus est Jesus. Sic enim abyssum penetravit sapientia. Quia ista, quem induit Maria est sol, & iste sol Dei Filius, & iste Filius Sapientia est Patris, & modo V. Matris, De qua natus est, &c.*

*N. 147.*

*Colossus totam suam spem reponit in visceribus misericordie Dei, & ejus SS. Matris.*

*Cant: cap. 1. V. 13. Fasciculus myrrhe dilectus meus mihi, inter ubera mea commorabitur. Ut quid inter ubera, remque tam amaram? Optime est factum, nam sic nec myrrha aliquo carebit uberum dulcore, neque uberum dulcedo aliqua amaritudine, non namque nunc permittit amor, ut meus dilectus per fasciculos portet omnes dolores, & ubera mea nullam crucem. Non est hoc ait S. Bernard: serm: 34. in Cant: Quid ergo? Inter odoriferos myrrhe hujus ramusculos, minime perit eundam putavi illam myrrham, qua in Cruce potatus est, sed neque illam qua unctus est in sepultura, quia in prima applicuit sibi meorum amaritudinem peccatorum, in secunda, mei corporis incorruptionem dedicavit. Præter odoris vehementiam, duas continet myrrha virtutes, est amara sed purgans, est insipida, sed præservans. Quò amara, purgando, quasi smegma nostra abstergit crimina, quò præservativa, immortalitatis nostræ designat gratiam, & utrumque præstitit nobis noster Salvator vivus, & mortuus. Mortuus utique in Myrrha ejus corpori adhi-*



adhibita in sepultura, & vivus, cum Myrrha fuit ipsi propinata pro  
 fiti in cruce extinguenda. Sed ad quid penès Virginea Matris, ube-  
 ra? Multùm ait Bernard: meæ fortunæ præfagium, *Hac mihi concis, dum se in*  
*liant mundi judicem, dum tremendum potestibus, mitem, humilemque terponit, ad-*  
*figurant.* Christus enim tanquam verus Judex plenus est ira ad nostra *huc veni cum*  
 peccata ulciscendum, & ab eodem Myrrha plenus, ad nos mortifican- *aliqua spe, se*  
 dum, sed ex alia parte plenus, misericordiæ Myrrha, ut nos præservet *salvandi, vi-*  
 à culpa, & à corruptione ob illam sequura, & confido inquit S. Doctor, *vit.*  
 quod illam judicis Christi iram experiemur sedatam, & immortalitatis  
 nostræ consequemur gratiam: Et hoc inde infero, quia Christus est  
 factus Myrrhæ fasciculus, & inter pietissimæ Matris commoratur ube-  
 ra, & jure vicinitatis, & affectus materni, deprecatrix assistens, furo-  
 rem convertet in mansuetudinem; iram in gratiam, & vindictam in  
 misericordiam, ostendens ipsi materna ubera, quibus fuit lactatus, ut  
 ignoscat pœnitentibus, & miseris parcat peccatoribus, quia non fuit  
 natus iræ Filius, neque ipsa Mater, Filia iræ, sed misericordiæ Filius  
 natus è Matre, quæ Mater est Misericordiæ, ne ergo degeneret à pieta-  
 te Matris, fasciculus est Myrrhæ, & officia exercebit præservantis, &  
 immortalitatem exprimentis, non verò Myrrhæ, me, & mea ubera ma-  
 terna, peccatores necnon qui sub meo sunt patrocinio mortificantis,  
 O felices illi, qui sub tali clientela vivunt, & digna in tantæ Protec-  
 tris obsequium, opera faciunt.

*Colossus Trumbi Inclyta Pragensi auguratur felix novi anni auspiciam.*

**I**N hac ergo Inclyta nova, & Regia civitate Pragensi varias habe-  
 mus portas, sed nulla mihi magis placet, nullaq; melior, quàm Nova.  
 Quare? Quia est nova, & illud, quod novum est, præfertim si utile, de-  
 lectabile, & honestum, omnium ad se rapit oculos, & præ solatio, &  
 gaudio omnes facit intentos. Nascitur Christus Dominus, & circum-  
 ciditur in alia Regia Civitate, videlicet *In Bethleem Judea, civitate Da-*  
*vid.* Quid vult dicere Bethleem? *Domus panis.* Quid ultra? *Domus*  
*belli.* Bellum? O domus Sancta! Ubi panis est bonus, & bellum illius  
 justum. Ecce quod Christus Dominus nascitur in ista Domo, & est  
 ejus panis tam sapidus, quod Angelorum est cibus, & suavissimum ho-  
 minum alimentum: *Panem Angelorum manducabit homo.* Verùm quid  
 hoc? Quia in eadem domo est contra hunc panem declaratum bellum.  
 Quomodo? Quia penè, è pistrina uteri Virginalis venit in lucem, quan-  
 do

do culter est paratus, ut ex illa, Legis, aut devotionis impellente fame, aliquam scindat partem. Scindatur in nomine Domini, & in nomine Jesu circumcidatur. Et inquiri, estne in hac Davidica civitate, aut domo, aliquod exterius signum, ut illud possimus tangere diversorium, & invisere Neocircumcisum? Omnino. Interroget, qui illum voluerit visitare pro platea Jesuitica, à nomine Jesu sic nominata, & inveniet pictum in diversorio, & ad vivam, quemdam Agnum super portam domûs, ideòque illud diversorium vocatur ad Novum Agnum: Quare vocatur novus? Quia est renovata janua, & pariter cum illa Agnus. Quando? Hoc novo anno. O ter felix annus, qui natus est, cum natus est novus annus, eòque die, quo ipse Agnus Dei est pro nobis natus, & circumcisus. Quando? In initio Januarij, qui janua est anni, circumciditur JESUS, Qui janua est cæli, qui ostium est temporalis, & æternæ vitæ. Quis dicit hoc? *S. Joan. cap. 10. n. 9. Ego* (videlicet Jesus) *Ego sum ostium, per me si quis introierit, salvabitur: & ingredietur, & egredietur, & pascua inveniet.* O Beata janua Agni, & anni, quæ, quæ JESU est, & ejus novi anni aperta, invitat cum salvatione, cujus ingressus, & egressus facilis, & cum necessarijs ad vivendum in illo, & per illum corporis, & animæ alimentis. Ecce quod Christus Jesus, qui idem est, ac Salvator, expectat nos ad salvationis portam, ipse met factus janua nostræ salvationis, & prima Januarij, qui janua est nova, istius novi anni. Quid ergo restat? Ipse met Jesus nos instruit. Petit enim, ut noster per hanc januam ingressus, progressus, & egressus sit per illum, non aliundè. Nam sic assecuramus vitam, & in isto novo anno, cuncta prospera, & fausta. Ergo ingrediamur, sed discretè, pacificè, mansvetè: Quia est Agnus in porta, & non libenter videt Lupos; Est innocens, & non libenter habet malitiosos; est sincerus, & non amat dolosos; est mansuetus, & non bene habet iracundos; est totus silentiosus, & non potest pati garrulos. *3. Reg. cap. 2. n. 13.* Audientiam petijt à Matre Salomonis Adonias, & cum introisset dixit illi Mater sic: *Pacificus ne est ingressus tuus? Qui respondit: pacificus.* Cur hoc interrogavit Mater Salomonis? Videtur hæc interrogatio suspecta, seu superflua. Suspecta quidem, quia fortè in ingressu torvum vidit vultum, aut iratos oculos, aut nimis superbum incesum: Superflua verò, quia in præsentia Regum, debet supponi, quod nemo loquitur superbe, aut altè, nec ullus intrat, nisi

*Christus D.  
vera cæli, &  
novi anni, est  
janua.*

nisi affectando modestiam, atque humilitatem summam. Cur ergo interrogat? Quia utique sciebat, non fuisse amicum emortui Mariti Davidis, & putavit fortè introisse mala conscientia, & ubi conscientia est mala, præsumptio solet esse semper contra, & aliquando certa aliquis infortunij fidelis prænuntia. Dictum, factum. Quid ergo accidit? Quod illam rogavit, quantenus se apud Regem Salomonem interponeret, ut Abisag Sunanimitidem pro ipsius peteret sponsa. Petijt Regina? Petijt: & obtinuit? Non. Quare? Quia Salomonis Parentem offenderat, & neque petierat à Parente veniam, neque fuerat reconciliatus cum eo, neque in vita, neque in mortis hora, imò confestim iussit ipsum occidi, dando ipsi mortem pro sponsa, & pro conjugio sepulturam. O bone Deus? Salomon non interpretatur pacificus? Absdubio. Et Christus Dominus non venit in mundum, ut pacificus? Omnino. Non dicimus de ipso, & canimus. *Rex pacificus magnificatus est vehementer, & super omnes Reges univ[er]sa terra.* Ergo intremus ad illum, pacificus est, Agnus est, & illius gratia janua semper aperta, & præsertim hodierna die petamus ab eo sponsam, videlicet novam vitam, in hoc anno solatia, in sanitate constantiam, quietem in anima, pacem in conscientia, & secundantem in cunctis fortunam. Sed si nos interrogaverit: est ingressus vester pacificus, quid dicemus? Quod pacificus est. Quomodo pacificus, si ego scio, quod habetis tot sponfas, quot vitia: Nonne offendistis meum Patrem, & me? Et ubi sunt lachrymæ? Ubi pænitentia? Urinam fecissemus quod David *Psal: 37. Tota die contristatus ingrediebar?* Quorsum? Ad loquendum cum DEO. Cur contristatus? Quia peccaverat, & nesciebat an veram fecisset, & condignam pænitentiam. Nonne lascivia est sponsa incontinentis? Imò sunt duo in carne una. Nonne iracundia sponsa est turbulenti? Omnino: Nam facile dant sibi adinvicem manus. Nonne superbia, gula, pigritia, invidia, & cæteræ hominum fragilitates sponsæ sunt delinquentium, in cujus amorem effrænè aliqui rapiuntur, non intelligentes, quod quo magis appropiant ad portas mortis, & inferi, plus recedunt à porta Cæli, & Agni. Ergo si isti non habent ingressum, quis habebit? *Psal: 14. v. 2. Qui ingreditur sine macula, & operatur justitiam, Qui loquitur veritatem in corde suo, qui non egit dolum in lingua sua, neque fecit adversus proximos suos malum.* Pro ijs enim aperta felicitatis totius, videlicet Christi Dei, atque immaculati Agni per circum-

*Pro virtuosis, toto anno, est porta cæli aperta, profanis semper interclusa.*

cumcisionem, est porta, & fortunata in hoc anni initio. Hæc est prima Januarij janua. Hoc enim modo non solum faustum, per hujusmodi portam, promitteri nobis possumus ingressum: sed et feliciorem progressum. *Cant: cap. 6.* dicitur: *Quæ est ista, quæ progreditur, quasi aurora consurgens?* Quid enim est aurora? Est quædam parva lux, sedula solis, & diei prænuntia, noctis fugatrix, & lucis diurnæ initium, habita antiquitus pro Dea, Jano Deo subjecta, quia ut ait noster Berchorius olim dicebatur *Deus initiorum*; Idcirco Januarius dicitur sic à Jano, & hodiè præsertim, quia in illa initium est anni. Cur ergo motus Auroræ dicitur progressus? Qualis ille progressus, qui tam parum durat, intraque dimidiam cessat horam? Imò admirandus, quia in suo valdè sedula officio. Quale est illud? Nuntij, aut Nuntia, currere, diligenter ambulare, & adventum sui Domini palam facere, quo facto, ejus expirat officium, & illius cessat in aurora splendor, sed tam sedula in Soli famulando, quod neque unico instanti transgreditur DEI mandatum, nec à sole se separat illum committendo, licet præcedendo. Aliud enim officiosa exercet munus, & melius. Quale? Est enim nata ad progrediendum, sed etiam ad simul aggrediendum tenebras, & congregandum cum illis, & hoc omni die, & summo manè, & tales facit progressus, quod semper reportat de illis triumphum: Idcirco surgere illius, est consurgere. *Quasi aurora consurgens, & tã terribiliter consurgit, quod licet appareat ejus lux exigua, & quasi inermis ejus potentia, Est terribilis ut Castrorum acies ordinata.* Semper tamen, & ipsa, & spectantes aves juvant cantare victoriam, O si essemus sicut aurora progrediendo de luce in lucem, seu de virtute in virtutem, nobismet nuntiantes ortum solis æterni, à nobis excutientes tenebras peccati, & luce sceret in corde nostro dies gratiæ, & nostræ salvationis: non verò transgrediendo Dei mandata, faciendo passus in nostram ruinam. Attentè considerare lubeat, quid dicit Angelus Jacob. *Gen: 32. Dimittite me, jam enim ascendit aurora.* Cur petijt Angelus dimitti? Quia ascendebat aurora. Quid inde? Quia Angeli sunt Dei Ministri, & Nuntij, & habent in mandatis, luctari usque ad auroram, & non amplius, facultatèque aggrediendi Jacobum in lucta, & in illa facere progressum, non verò transgressiones, & hoc non patitur impeccabilis Angelus, potius id pro legis Divinæ, & humanæ relinquatur transgressoribus: ut autem mei recorderis, & quia tibi mandavi, ait Angelus, ut me in

*Aurora munia spiritua-  
liter depin-  
guntur.*

Angel<sup>9</sup>, Imò dixi tibi me, in pace relinqueres, & me dimittere noluisti, potius transgressus urbanitatis leges, meas nō curando persuasiones, manebis claudus, & pro ampliùs luctando, haud idoneus. *S. Ber: tom: 5. ser: sapientia vincit malitiam. n. 11. Iste nolens dimittere Angelū magni consilij, incipiente aurora nova lucis, sed petens obnixè benedictionem perseverantia, & si non omninò privari, claudicare tamen altero meretur pede.* Addisce ò

Jacob! facere progressus ab Aurora, quam præ oculis, tua habent lumina, ait Angelus, illa enim non una nocte, pugnat sicut nos, & summo manè, ut addiscas vigilare, & omni die, utique perseverantè, ut quoque conatus superes inimicos, & de illis victoriam reportes. Alias claudicabis tu, & tui progressus, manebisque de inhabilitate ad congrendendum notatus. O si in aurora hodierna, quæ initium est istius diei, & anni salutiferæ Religionis aurora, imitaremur illam, quæ in firmamento quotidie nascitur cæli! O quam felices! Quam Victoriosi! Nascimur enim ad pugnandum, ut ait *Job cap. 7. Militia est vita hominis.* Verum, quoniam principia rerum, aut initia eventuum felicium, & earundem progressum fortunatum, aliquando per errorem infastus solent parere exitus: meus Colossus Regiæ, ac inclytæ huic Triurbi optatam auguratur sospitatem, atque prospera ter, quaterque beata sine fine tempora.

Datur enim egredi multiplex, nam egredi nihil aliud est, quam exire de uno loco in alium, nempe de termino à quo, ad terminum ad quem: quoniam verò terminus à quo potest esse virtuosus, aut improbus, erit opus distinguere inter egressum utilem, seu commendabilem, & inter detestabilem, & prorsus quidem infelicem. De utroque enim agam, ut obscura separentur à lucidis, diesque à nocte, atque Solis splendores, à denigrantibus umbris. Quis crederet, quod creato Lucifero, angelicaque pollente puritate, ejus exitus fuisset tam infelix, ut ex Angelo fieret Dæmon, & ex incolatu cælesti, Civis fuisset factus inferni, perpetuusque vicinus? Quis præterea unquam sibi imaginari poterat Adamum in statu innocentia creatum, finem habiturum tam flebiliter infortunatum? Quis deinde putaret, quod vasser Cain difrupto fraternitatis vinculo, Abelem provocasset ad bellum, ac proprii sanguinis immemor, sævus exstitisset diffusor. *Genes. Cap. 4. Arroganter dicens: Egrediamur foras.* O qualis egressus iste, ubi innocens agonizat, & nocens præ dolore desperat? Hæ enim, ac similes egressiones dici possunt planè incircumcisæ, quas nemini meus percipit Colossus, quia

*Inclytæ Triur-  
bi Pragensi  
ominatur se  
cunda, C.*

quia Annus incipit per Christi Domini Circumcisionem, quæ nostra est initium felicitatis, nostræ, atque principium redemptionis, & cum finis sit ut salvemur, & ut factum salvationis experiamur exitum, in hunc finem debet laborare iustus, quatenus finis respondeat hujus Anni sancti principio, animam circumcidens à vitijs, sacra sequendo nostri vestigia Redemptoris, qui initio vitalis auræ pro nobis circumciditur, & in fine vitæ usque ad ultimam guttam sanguinis liberaliter diffudit pro perficiendo humanæ redemptionis opere. Hoc enim expressit David *Psal. 103. Exiit, inquit, homo ad opus suum, & ad operationem suam usque ad vesperam.* Tanquam si dixisset, exiit Christus summo manè, id est in aurora dierum, in matutinoque ætatis, ad operandum salutem in medio terræ, incipiens in ejus sancta Circumcisione, nec manus levando à labore, usque ad vesperam vitæ, & usque dum ex ejus sanctissimis effluxisset sanguis manibus, sic laborans usque ad vitæ completorium dicens: *Consumatum est:* Tunc enim ille dicitur fortunatus egressus in viro iusto, quando exitus operosæ virtutis, est sicuti exitus radij à sole, seu ut rivulus è fonte, vel flos ex indolato stipite, aut ut strenuus, ac saucius miles è castris. Cur ergo horum dicentur prosperi egressus? Dicam: Quia sicuti radius nascitur ex sole clarus, pariter occidit cum sole purus, ejus luminosos sequendo passus, non solum in principio diei, vel Anni, sed et in fine rutilat, sicut à principio. Deinde sicuti rivulus è fonte, qui oritur inde ut fluat, & humectet terram, utque à sordibus eluat, atque sitienti faveat, quæ generosa officia præstat, ac incessanter decurrendo in Anni fine, sicuti in suæ initio originis: vel sicuti flos ex stipite, cujus exitus clarè videtur feliciter facundus, nam floret, ut fructificet; fructificat, ut alios nutriat; nutritque ut resforeat, atque redivivo virore reassumpto suo tempore, id est in completa Anni revolutione, eandem fructificandi virtutem ostendat generosè cunctis. Et denique ut saucius redux è prælio miles, cujus rubentia stigmata indices militaris extant constantiæ, nec non gloriosa animi perseverantis signa, tanquam indelebiles immortalis famæ characteres, atque bellicosæ animositatis usque ad finem vitæ præcones. Cum enim Anni moralis, aut politici egressus, paribus ornatur gloriosè perseverantiæ monilibus, aliâ non egent commendatione, quam se ipsi, neque aliud planè fortunatius potest, cui ex corde diligitur augurari, quam quod in istius novi Anni initio, medio, ac fine, id est in ingressu, progressu & egressu.

Cur in altari  
præcepit De-  
us, ut arderet  
nis semper,  
hanc dede-  
rit in  
nam sacerdo-  
tibus, & non  
alijs?

egressu omnia contingant beatè, prosperè, & faulstè, & quidem ad meæ cordialis devotionis votum, necnon Spectabilis vestræ dignitatis cælette, ac temporale in cunctis incrementum.

In illa miranda piscatione facta à Christi Domini Discipulis, ipsomet ibidem adstare, occidit quid inusitatum: S. Joani: cap. 21. *Ascendit Simon Petrus, & traxit rete in terram plenum magnis piscibus centum quinquaginta tribus, & cum tanti essent, non est scissum rete.* Quid? Plenum magnis Piscibus? Prodigiosa planè piscatio, hactenusque inaudita! & cujus generis erant pisces? Ex omni piscium genere. Quis hoc dicit? S. Augustinus citatus, ab Hugone Cardinali super hoc caput, ut patet ex glossa Isid: *Piscium, inquit, omnium, qui in aqua vivunt centum quinquaginta tria esse genera Philosophi enumerant.* Verum si in omnigenere dantur parvi, & magni, quomodo dicuntur omnes magni, & nullus parvus? *Rete plenum magnis Piscibus.* Aliter enim contigit in illa parabola sagenæ missæ in mare, & ex omni genere piscium congregantis, quam educentes, & secus littus sedentes, elegerunt bonos in vase, malos autem foras miserunt: hic enim sunt boni, & mali, nec non parvi & magni, & majori ex parte leves, siquidem nullum fuit periculum, ut sarena rumperetur, etiamsi genus hujusmodi retis non sit adeo fortis: In Piscatione vero S. Petri nullus fuit captus ex parvis, imo omnes fuerunt magni, nullusque levis imo omnes graves, & tam graves, tantique ponderis, quod Evangelista, quasi habeat pro miraculo, non fuisse ruptum, seu discissum rete, idcirco addidit: *Et cum tanti essent, non est scissum rete.* Lyenim tanti non indicat, meo videri, magnam illorum Piscium copiam, cum 153. copia non fuerit magna, sed tanti, id est tanti ponderis, itaque intrare in mare ad piscandam non est difficile, sed exire feliciter non est facile, neque datur multis, verum cum Christus Dominus adest, Nihil dubitandum de fortunata Piscatione, neque quod rete intrans vacuum, exeat Piscibus plenum, aut aliquid patiat periculum, imo experiantur in Piscium magnitudine ipsimet Piscatores Dei largitatem, ac benedictionem. Intravit utique fama olim, & gloria inventæ, ac nobilissimæ hujus Regiæ Triurbis mare magnum, & ejus Piscatio fuit tam magna, & fortunata, quod non solum insignes, magnosque capit honoris, & gloriæ Pisces, sed in nobilitate, opulentia, literatura, atque martiali armorum industria, tanti ponderis invenit viros, ut magni, possint seipsum dici majores, nullusque repertus est hactenus tam

N. 156.

*Vi piscatio sic  
bona, sive in  
mari, sive in  
terra, vel a  
honore, at  
fama ad  
juratur?*

pusillus, qui non mereatur cœquare magnis, denique intravit fama, & nunquam exibat, imò ibidem mansit, quia nusquam tam charum, & sibi complacens invenit hospitium. Aggratuletur itaque sibi S. Petrus de tam copiosa Piscatione, sed non minus hujus inclytæ, ac Regiæ Triurbis gloriosa, atque acquisita Heroum hæcenus hæreditata fama, imo per illos ipsamet non solum veneretur ditior, sed totus orbis per eandem, & ubique illustrior. Isti enim fausti, ore pleno, dici merentur exitus, cum non solum ingressus fuerit secundus, sed et exitus à tot Annis undequaque tertio, & quinto melioratus: Exulta ergo, & jubila Triurb; Regia, atque beata, nil aliud in hoc Anno, & in fausto complurium decursu, tibi animitus percipiens, nisi quod meus Colossus, videlicet interminabilem incolumitatem, atque perennem honoris, gloriæque nusquam morituræ coronidem.

N. 151.

*Colossus Christi Domini Generationem demiratur, ac veneratur.*

**C**UR S. Ecclesia tria permittit celebrari Sacra in Christi Domini Nativitate, non autem cum redivivus resurgit, quandoquidem in Sancta resurrectione refloreat, & renascatur gloriosè triumphans nusquam amplius moriturus? Resp: cum S. Thoma 3. par. q. 83. artic. 2. in ☉ in die autem Nativitatis Domini plures Missæ celebrantur propter triplicem Christi Nativitatem, quarum una æterna, quæ quantum ad nos est occulta, & ideo una Missa cantatur in nocte, in cujus introitu dicitur Dominus dixit ad me filius meus es tu, ego hodie genui te. Alia autem est temporalis, sed Spiritualis, quæ scilicet Christus oritur tantquam Lucifer in cordibus nostris, ut dicitur 2. Petri cap. 1. Et propter hoc cantatur Missa in aurora, in cujus introitu dicitur: Lux fulgebit hodie super nos. Tertia est Christi Nativitas temporalis, & corporalis, secundum quam visibilis nobis, processit ex utero Virginali, carne indutus, & ob hoc cantatur tertia Missa: Puer natus est nobis. In resurrectione enim Christi Domini, ipse renascitur, nusquam amplius nasciturus, ideoque nec renasciturus, quia nusquam amplius moriturus, neque potest nasci ex Patre sine Matre, quia renativitas non potest dari, ubi Nativitas verbi divini semper durat, quia æterna: Quod autem continuo, & semper nascitur, & perfectissimum, nusquamque moriturum, quomodo, seu ad quid deberet denuò nasci? Præterea neq; ex utero virginali renasci valet, quia è B. V. fuit natus Christus Dominus, ut pro nobis semel moreretur, hoc autem semel peracto, & hujusmodi redemptionis

*Cur tria celebrantur Sacra in Christi Domini Nativitate? nusquam amplius in totius anni serie?*



ptionis opere perfecto, si non debet secundo mori, ut quid iterato debebat de virgine nasci? Merito ergo S. Ecclesia tria in Sacro-Sancto Nativitatis die, Sacra permittit cantari, aut legi, ad triplicem recolendam ejusdem Christi Nativitatem, nimirum eternam, ex Patre absque Matre, & ex Matre absque Patre temporalem, & absque Patre, nec Matre temporalem, sed spiritualem, in nostris nascendo cordibus, ea illuminando, & illustrando solaribus suæ gratiæ radijs.

*Cosossus Christi Domini Passionem reverenter recolit.*

**C**ur in die Veneris S. non consecratur Hostia? Præterea, cur non consecratur in die Jovis S. Calix pro die sequenti, sicuti Hostia consecratur? Ad primum respondet. *S. Thomas, ubi supra art. 2. ad 1. In Eucharistiæ enim Sacramento recolitur Passio Christi, secundum quod ejus fructus ad fideles derivatur. Sed tempore Passionis Christi solum secundum hoc, quod in ipso Capite nostro fuit perfecta, quod quidem factum est semel, quotidie autem fructum Dominicæ Passionis fideles percipiunt, & ideo illa commemoratio fit semel in anno, hoc autem quotidie, & propter jugem memoriam.* Ad secundum dubium idem *Sanctus ibidem ad 2. respondet: Quod veniente veritate, cessat figura. Hoc autem Sacramentum, est figura quadam, & exemplum Dominicæ Passionis, & ideo in die, quo ipsa Triplex resolutio Passio Domini recolitur, prout realiter gesta est, non celebratur Consecratio vitur dubiæ hujus Sacramenti, nè tamen Ecclesia, ea etiam die, sit sine fructu Passionis, circa triduum per hoc Sacramentum, nobis exhibito, Corpus Christi consecratum, in die septimane præcedenti reservatur sumendum in illo die. Non autem Sanguis ob periculum, & quia Sanguis specialius, est imago Dominicæ Passionis. Cur autem specialius Sanguis Christi Domini sit imago Dominicæ Passionis, ex ipsamet Sacramenti forma convincitur. Ut autem melius percipias, inquirere oportet: Cur in Hostiæ consecratione solum dicitur: *Hoc est Corpus meum.* Nullam faciendo mentionem de ejus Passione, & quando consecratur vinum in Calice, non solum dicitur: *Hic est Calix meus, seu Calix Sanguinis mei, sed additur pro veræ formæ complemento, Sanguinis mei, novi, & æterni Testamenti in Mysterium Fidei, qui pro vobis, & pro multis effunderur, in remissionem peccatorum. Quæ quidē forma verborum est hujusmodi venerandi sacrificij, ita ut absq; illis non fiat Sacramentum: Verba sunt Angelici Doct. 3. p. 9. 7. c. 8. a. 3. in C. Dicendum est ergo quod omnia prædicta verba sunt de substantia formæ, sed per prima verba, cum dicitur: *Hic est Calix Sanguinis mei, significatur ipsa***

ipsa conversio vini in sanguinem; per verba autem sequentia, designatur virtus Sanguinis effusi in Passione, que operatur in hoc Sacramento. Que quidem ad tria ordinatur. Primo quidem, & principaliter ad adipiscendam aternam hereditatem, secundum illud Hebræorum 10. Habentes Fidem in introitu Sanctorum in Sanguine Christi, & ad hoc designandum dicitur: Novi & aterni Testamenti. Secundo, ad Justitiam gratie, que est per fidem, secundum illud Roman. 3. Quem proposuit Deus propitiorem, per fidem in Sanguine ipsius, ut sit ipse iustus, & justificans eum, qui ex fide est Jesu Christi, & quantum ad hoc subditur: In Atyst. rium Fides. Tertio autem ad removendum impedimenta utriusque predictorum, scilicet peccata secundum illud Hebr. 9. Sanguis Christi emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis, id est, à peccatis. Et quantum ad hoc subditur: Qui pro vobis, & pro multis effundetur in remissionem peccatorum.

N. 153.

Colossus in virtute Perseverantie excellit.

Cur ait Moyses, Levit. cap: 6. v. 12. Ignis in altari semper ardebit? Nonne panes propositionis, digniores sunt igne, & perennis modulatio Divina, Laudabilior, quam accensa Lampas, aut Cereus? Nonne iterata thurificatio comendabilior est apud superos, cum in Dei honorem perfumantur undique aræ, quam ignis, splendor, & flammæ facile à vento dispersæ? Non utique. Quare? Oleaster hic: Illi ostendat tibi nullam horam præterire debere sine oblatione. Et quis hunc ignem nutriet, ne extingatur? Respondeat Moyses: Quem nutriet Sacerdos. Nonne consultius foret ab alijs magis activis, & lucere semper, id exequi optantibus, tum proprio, tum alieno faculæ adulantis splendore? Quis hoc dicit? S. Luca Cap. 16. v. 8. Prudentiores filijs lucis, Filij hujus sæculi in generatione sua sunt. Qui enim erant hi? Nempe illi, qui se ad invicem intelligunt, & non aliud magis cordi habent, quam obviare damno emergenti, & inhiare avidissimè ad lucrum incessanter. Præterea enim illi, qui sua sorte nusquam contenti, aliorum expiscantur vitas, ad videndum si possunt extrudere è dignitatis culmine, dolo, quos nusquam potuerunt merito. Avarus necnon, qui alicujus impatiens jacturæ, remis, velisque animi, ex asse satagit, in alcû cupiditatis retia tendere, ut majores cumulet opes. Audi S. Bernardum Epist: 341. Moveat nos ipsum secularis cupiditatis exemplum; Quem enim ambitiosum vidimus aliquando contentum adeptis dignitatibus, ad alias non anhelare? Quid eorum, qui avaritia serviunt, aut amatores

In quo consistit Filiorum hujus sæculi prudentia?

seu voluptatum, seu humanas sectantur hominum laudes? Nonne, & ipsorum insatiabilia, desideria, arguunt nos negligentiae, & tepiditatis? Pudeat nos Spiritualium bonorum minus cupidos inveniri? O utinam, Sanctū illius Magni Josaphat, Hebraeorum Regis, habuisset prae oculis ad imitandum, speculum! cujus encomia. 2. Paralip. Cap. 17. prolixè factis, Author vulgavit, & Josephus Hebraeus sic extulit. Hic Rex propitium, & auxiliatorem Deum habuit, quod esset vir iustus, & pius, & per singulos dies dabat operam, ut aliquid Deo gratum faceret. Sic enim itur de virtute, in virtutem, ad Dominum virtutum, & de bono in melius, ad optimum, qui Deus est, & per indefinentem pietatem, tanquam per verum medium pervenitur feliciter ad ultimum fructificationis optatae finem, & sic ardet ignis incessanter in altari, & Templo Dei, quod est anima devota, juxta illud S. Pauli. 2. ad Corinth. cap. 6. n. 11. Vos enim estis templū Dei vivi, non utique extincti, & emortui, sicut Dij falsi sunt, quibus nullus inest Spiritus vitalis, seu motus, aut sensus, imò sunt inanimati trunci, stipes aridi, de quibus dixit David Psal. 113. Pedes habent, & non ambulabunt, oculos, & non videbunt, neque clamabunt in gutture suo. Sed Dei vivi, & tam vivi, sicuti ignis, nam secundum S. Paulum ad Hebraeos cap. 12. n. 29. Deus noster ignis consumens est: & David, Psal. 118. Dixit fore Deum tam ferventem in cunctis, ut usque ad ejus eloquium sit ignitum, non quomocumque, sed Vehementer. Ergo virum justum ad Dei imitationem in ejus oportet accendi amore, bonis operibus, tanquam ignis, qui nunquam dicit sufficit, imò quò plus ardet, nitidius lucet, nisi materia combustionis studio, subtrahatur ipsi. Quomodo ergo iste ignis conservatur melius? Dicam: nutritur quippe lignis, flatu, aut sub cineribus. Pariter, & ignis Charitatis, & Spiritualis, fervet bonis operibus, tanquam lignis, & jugi memoria ligni S. Crucis, flatu verò, crebris suspirijs, atque gemitibus assiduis, & denique cineribus proprii contemptus, & humilitatis. Nam vera constantia illa est, quæ semper, perseveranterque instar accensi ignis, coram Deo ardet, & coram mundo lucet, necnon apud semetipsum in animæ Altari indeficienter splendet.

*Colossus Dei amorem mirè collaudat.*

Cuncta omnino Dei attributa æternam merentur laudem, quia perpetuitate donata, ipsa nos Divina illuminata Sapiencia, docet Eccl. cap. 24. n. 27. Quasi Cedrus exaltata sum in Libano, & quasi Cypressus in Monte sion, quasi

Cum Ingressus, progressus, & egressus cujuscunque rei felicitantur, raro cuncta non eveniunt ad votum.

quasi Palma exaltata sum in Cader, quasi Plantatio Rosæ in Jericho, & quasi oliva speciosa in Campis. Itaque se comparat divina sapientia, quinque plantis, nempe Cedro, Cypresso, Palmæ, Rosæ, Olivæ. Cedro quidem, ob incorruptibilitatem, Cypresso ob rectitudinem in æquitatis dispensatione, Palmæ verò, ob victorias partas in cunctis, Olivæ ob ejus elementia indefinentè, & tandem Rosæ, ob ejus innatam puritatem. Tamen cum loquitur de ipsius amore, ait: cant: cap: 4. n. 3. Oculi tui columbarum, capilli tui sicut greges tonsarum, sicut vitta coccinea labia tua, & eloquium tuum dulce, sicut fragmen mali punici gena tue, absque eo, quod intrinsecus latet, sicut turris David collum tuum, duo ubera tua sicut duo hinnuli capree gemelli. Miranda planè Divini amoris se ipsum delineantis, suæ sapientiæ penicillis. Itaque analogia habita ad sua attributa se comparat plantis, quando verò ejus amorem, se comparat oculis, ut illum videant ij, qui columbina pollerent innocentia, & dentibus ut desuper ruminent, nec non, & labijs, ut gustent, atque ori, ut ipsum laudet, & genis, ut per ipsa, & per vultus Speciositatem, noscamus amoris ipsius magnitudinem, in depicta, ipsius, in sponsa, imagine: verùm cur alias delineando perfectiones, unaquæque ipsius planta à Centro ducit lineas per integram plantam, & cum venit ad genas non malogranato comparat, sed tantum hujus arboris fructui, & non integro, sed solum fragmini? Quid enim est fragmen? Est utique quædam particula scissi, seu divisi in partes fructus. Cur autem divinus amor per fragmen malipunici adumbratur? Fortè quia iste fructus facile se aperit, atque aperti est cordis, ipsique comparantur genæ, nam per illas, quid boni, aut mali, in corde hominis lateat, detegitur: nam si odit, palent, si verò amat, rubent; non est hoc: Quid autem erit? Quod dixit Hugo Cardin: Genæ Sponse, idest, fidelis anima sunt duplex ejus patientia, prima in labore actionum, secunda in dolore passionum, istæ duæ virtutes dicuntur genæ, quia in his maximè pubertas, sive virilitas sponse apparet. Istæ genæ sunt sicut fragmen mali punici continentis grana, idest, virtutum germina, & post actionis proposita, puritate intentionis candida, & fervore charitatis rubea, per fracturam tribulationis patientia, est igitur sensus: sicut fragmen mali punici gena tue. Idest, patientia sua candida, & rubea, fractura tribulationis. Et quid distillat istud divini amoris in te, O sponsa! Fragmen? Utiq; vinum compassionis, quo inebrior, & sum quasi extra me, meo compatiendo dilecto, quia pro me præ nimis erga me amore

Amor divi-  
ni cur Com-  
p. aiur ge-  
næ, & non o-  
mnis ore, aut  
altari  
ni Corporis  
paris?

amore, confidero mortuum, nec non vinum compunctionis, quo vehementer pungor, & compungor, amarissimis balneando meas genas lachrymis, considerando, quot, & quantas tribulationis fracturas, meus amor Jesus, ob me fuit passus. O bone Jesu! O quantus es in amando! Crediderim, quod etiam, si ex te, ob me, & hominum amorem, tribulationes minima fecissent frustra, sicuti ex malo punico fiunt à natura fragmina, fores contentus. *S. Greg. Mag. Et ipsa fractura mali punici distillat vinum suave, quod salubre est gustus.* Cujus gustui? Utiq;e, & amoris, & amantis: amoris videlicet, quia se accomodat gustui amati tamquam proprio, & amantis, quia alium non habet gustum, quam dare gustum amato, ut in eodem colligati amore, manentes duo in una carne, eandem patiente tribulationem, etiamsi colaphizentur usque ad sanguinem, rubentes utriusque genæ, præ charitate. Ut verificetur illud tritum carmen:

*Alter egonisi sis, nec eris mihi verus amicus;*

*Ni mihi sis in ego, non eris alter ego.*

**I**N tota enim sua passione, nihil magis sensit Christus Dominus, quam quod delicatæ ipsius genæ cæderentur. Idcirco nusquam de ullo fuit conquestus martyrio, nisi de colaphis, tunc noluit tacere, imò dixit: *Cur me sedis?* Tamquam si dixisset: In mearum genarum cæsione, non solùm dolorem causasti, & contumeliam fecisti, sed & meum læsisti amorem, quia per genas, explico me cum mea Sponsa, & illa mecum, corrolativâ speciositate per proprias. Quòd si rubent meæ genæ per alapæ inflicte læsionem, quomodo poterit me mea Sponsa bonis oculis aspiceret, cum rubere videat genas alapæ violentiâ, non verò sicut antea, ob cordialem amorem erga suas? Vellem utique pro te pati, & amore tui cædi, sed sicut fragmen mali punici. Quare? Quoniam patitur, quia vult, & ad hoc est natum, atque nutritum, ut se ostendat gustui lapidum, oculis decorum, & dentium expòsitum moribus, nec non sapidus, infirmantium præ odio, & passione contra illad, cibus, æstuantes mitigans malevolentia calores, frigidis proprii candoris nivibus, & purpureo fatians humore, hostilem vindictam alieni sanguinis avidam.

*Colossu nescis virtutis larva palliare vitia.*

**T**Egitur sub viridi tortuosus gramine angvis ut celer virus, quo incautos inficit: necnon subdolos animus sub deauratis, dulcium verborum

*Amor Jesu,  
in quo assu-  
mulatur ma-  
lo punico,*

*N. 155.*

*N. 156.*

rum

*Quo magis  
simulatio se  
fingit, ut citi-  
us reveletur,  
Deus per-  
mittit.*

rum pillulis toxicam fraudulenter propinat sinceritati, fictæque coloris veritatis: alij verò simulata nequiter religione, atque æquitate, nefaria hypocrisis, se simulant beatos, mores induendo reprobos. Quid facis o Thamar? Cooperire me? Quare? Ne me noscant: itaque Thamar nolens nosci, tulit cito pallium, & se cooperuit. *Operuerat enim vultus suum, ne agnosceretur.* Verùm si nihil occultum, quòd non reveletur, ut quid se tegit Thamar, & sub simulationis se abscondit velamine? Studiosa plane sagacitas! Sed quid refert, quod aranea subtiles elaboret telas, seu vel occulta, hostis, tela, si præ subtilitate parvus ventulus facilè abrumpebat latentis nequitiæ fila? Exitus enim acta probant, nam non latuit intentio, cum in effectu inde secuta ejusdem fuerit gravidatio, imò tumens dixit uterus postea, quòd antea celaverat venerea prorsus lubricitas. Deniq; Judas utiq; qui solet oscula pacis propinare falsa, in Thamar alter Judas hac vice fecit sua, & vera; nam sub honestatis pallio obvelata impudicitia, absque scena in scenam cupidæ inhonestatis produxit malitiam se prostituendo, & ejus progeniæ totà fædando Periculū quippe videtur, pallium induere curtum, nam licet non videatur totum, videtur tamen satis abscondatur, quod concupitur. *Isaias Cap. 18. id ipsum expressit dicens: Breve pallium utrumque cooperire non poteris.* O quomodo se tegit, pallio deceptionis, hypocrita! Satis enim se celabat gladius Goliath in tabernaculo coopertus velo, interim tamen pulsabant ad arma, & vindictam chalybs, sub illo livoris pallio abscondita. Satis necnon dissoluta, atque incauta Puthifaris uxor se tegebat coram casto Joseph, & Alijs, & putarem ejus pallium non fuisset satis longum ad cooperiendum veneri animi æstum, cum Joseph debuerit proprium relinquere in ejus manu, ut dicitur *Genesis cap: 39: Relicto, inquit, in manu illius pallio fugit, & egressus est foras.* Præterea, quomodo se tegunt avari aureâ divitiarum lintedò, & in illo se involunt, ne videantur, sed frustra? nam ideo lapidatus fuit Achan, quia furto ablatū palliū superponens, sub illo voluit occultare avaræ cupiditatis delictum: quomodo necnon se tegunt illi, qui pallio fictæ amicitia se in Angelum transfigurant lucis, & in corde meri sunt denigrates adulationis carbones, Dæmonis, ac falsæ Iahelis imitatores, qui dulcibus lactant verbis, & cum tempore, ipsamet tempora virulentis transigunt falsi dulcoris clavis. Felix ille, & beatus meus Colossus, qui ab hac noxa alienus, quod verè sentit, sincerè dicit, & pronuntiat labijs, quod in sinuosa cordis theca recondit,

*Qui dulcibus  
lactant ver-  
bis, non semel  
duris punge-  
re solent acu-  
leis.*

*Colossus*

*Colossus matura amat in Principe Consilia, atque experientiam.*

N. 177.

Singularis plane industria sitibundo populo hebraico Principes, & ejus Magnates quemdam foderunt puteum *Num. Cap. 21. V. 18. Puteus,* (inquit sacer textus.) *quem foderunt Principes, & paraverunt Ducēs multitudinis in baculis suis.* Debile prorsus instrumentum pro fodiendis puteis, ligneus absque viribus baculus! nonne consultius foret, ferreis uti ligonibus ad superandam terræ duritiem, aut indolatas perfringendas atque excavandas rupes? Præterea, cum media non respondent fini, raro finis exitum sortitur felicem: media autem ad fodiendum puteos, non utique sunt Principum manus, nam labor durus delicatis contradicit brachijs, Majestatisque muneri, atque Personis Coronatis: potius hoc laboriosum relinquatur callosis exercitiū, fossorum viribus, quorum producta experientia, ac assidua terræ cultura agit ferventiū, & pro lucrando pane multò avidiū. Non quippe fuit opus. Cur? Nam dantur multa, quæ faciliū arte, quàm extorsione superantur, potiūque bono verbo vincuntur, mollique baculo, quàm gladio, aut duro ferro, *in baculis suis.* Verū quorum hi erant baculi? Utiq; Principum, Magnatum, Nobilium, atque Dominorum, non autem quorumcumque, sed debilitum senum, & claudorum. Majus plane miraculum! quis hoc dicit? *Cajetanus: Significans baculos, quibus sustentantur debiles senes, claudij, eundo.* Sed si fossores erant imbecilles, quia Senes, & debiles, quia claudij, necnon impotentes baculi pro tam arduo labore, quomodo potuerunt hæc præstare? O quàm potens in pace, & bello præsentia est Principum, nam verè astans superior, etiam senio confectus, infirmus, & claudus, plus debili efficit baculo in manu, quàm integer laboratorum exercitus. Et pro quo foderunt istum puteum? Videlicet pro sitienti populo, notè verè pro se, sed pro bono publico. Non ergo mirum, quod tales baculi faciant miracula, & quòd Deus adit auxilians, ac Principum vota secundans. *Menochius hic. In baculis suis viatorijs, ipsi baculis terram mēdicè fodientes, cetera Deo liberaliter prestante.* Sic quippe agebatur, tunc temporis, & nunc quidem in amantibus plebem, atque æquitatem. O rat minus de felix ætas, in qua Respublica suorum Principum matura, in benefaciendo sequebatur consilia, proprijs fodiendo manibus terram, ne populus fame, ac siti langveat! Et o plebs fortunata, in qua Maiores eunt, & veniunt, eorum eundo, & præeundo exercitibus. *In baculis suis viatorijs.*

*Cum media respondent fini, exitus potest expectari felix.*

*Majorū seu qui vestigia recta, affectu errore, in virtutis via.*

*Baculus in  
manu senis,  
aut claudi  
defendit va-  
lidè, & tenet  
fortiter.*

*Senescens  
experientie  
baculus, regi-  
men fortiter  
tenet politi-  
cum.*

passus scilicet dando commune bonum versus, viam quidem suo exem-  
plo aperiendo, ut rectè ambulet populus, & proprijs puteum manibus,  
ne præ nimio æstu, aut siti cadat animo militaris zelus. Ad hoc enim præ-  
standum sufficit in manu Principis baculus, cum altissimi adjutorio, præ-  
sertim, si baculus baculus, sit senectutis, id est, productæ experientia. Qua-  
lis experientia? Urique quàm senex, & claudus in via. Quid ergo sunt  
experti in illis? Nimirum, quod tenent Dominum, ne cadat, & ut illum à  
quocunque hostili impetu defendant, quod quidem ità fideliter præstant,  
quod non se movent ex loco, nisi ad Domini iubentis impulsum, & deni-  
que senectutis baculus, manus, & pedes est Senis, aut Claudis, nam absque  
illis præ debilitate, nec unicum facere possunt passum. Hoc enim volunt  
dicere, *Cajetanus*, & *Menochius*, in baculis suis viatorijs. Nempe baculi,  
qui paripassu, ac Domini senes ambulant, incedunt & ipsi, nam si Senes  
celeriter, ipsi non tardè, si Principes, aut claudi morosè, ipsi non prope-  
rè. Denique ad ambulandum, non ad standum sicut otiosi, nec ad ja-  
cendum, sicut pigri, seu ad sedendum, veluti sedentariæ vitæ amatores.  
Verùm cur istos, & non alios ad hoc elegerunt opus, cum essent Princi-  
pes, ac Generales, seu exercitus Duces, ad quos pretiosiores gestare  
spectabat baculos? Nimirum, quia hi sunt facti pro ornatu, atque ducali in-  
signium virorum insigni, non verò pro labore manuum, sed viatorij bacu-  
li non sunt facti pro ornatu solo, potius verò pro continuo labore: man-  
uum, & corporex molis tenenda gravedine, & cum deijs, & non alijs ad  
id præstandem quotidianam habeant experientiam, ijs, & non alijs usi fu-  
erunt ad fodiendum puteum, sibi promittendo aquæ abundantiam, ad æstu-  
antis plebis sitim exinguendam. Quis dubitat senescens, baculis ad-  
hærentibus pro adjutoribus egere gubernium, in quibus producta, edocti  
Principes experientia invenerunt, & vires, & fidelitatem: his autem vi-  
detur uti consultum, quàm alijs parum expertis, ne ob experientia caren-  
tiam, in via regiminis deficiat Prætor, aut qui illum secundare tenetur  
facilè aliunde animo vegetur, aut debilitatis aura, aliorum flectatur, &  
una cum illo, cum quo, aut quem tenere tenetur, ex tempore, in præceptis  
lavatur in populi perniciem, ac propriæ famæ, atque honoris miseram  
labefactionem. Ille enim est baculus senectutis, quem *Tobiæ Mater*  
optabat, ne è domo, aut è Paternis abfuisset laribus, ejus dilectus Filius,  
nam ipso præsentè omne experiebatur ejus Genitrix solatium, & ipso ab-  
sente



sente ad crebrum provocabatur fletum. *Tobie Cap. 5. Cumque profecti essent, capis Mater ejus flere, & dicere, baculum senectutis nostrae tulisti. Non autem iste est Baculus Ezechiae in quo confidebat contra Regem Assyriorum, de quo Rabfices 4. Reg. Cap: 18. N. 21. In quo confidis ut audeas rebellare? an speras in baculo arundineo, atque con fracto Aegypto, super quem incubuerit homo, communitus ingreditur manum ejus, & perforabit eam?* Utrumque enim docet experientia, & utrumque lectio sacra, atque profana, nimirum, quod arundinei baculi sunt boni, ut agitentur à vento, non verò, ut teneant aliquod super se grave, politicae, pacis, aut belli pondus, seu onerosum æqui regiminis ædificium: baculi verò ex solida materia senes tenent in senio, nè cadant, & Juvenes nè impingant, atque utrinque, ut ab hostibus se strenue defendant. Propterea non gratis illa Matrona Evangelica manus suas misit ad fortia, & solos digitos ad rotationem fusi continuam, nam fortiores sunt digitis manus, & debilior manibus digitus, idcirco sufficit quod levis fusus manuteneatur digitis, & digitis, ut manuteneatur in rotandi officio fusus, & quod fortibus totam dent Principes manum, experientes, quod in fortitudine manus, viriumq; & animi, stat positum manuteneare firmiter sceptrum, & eventus in cunctis fortunatos.

*Colossus non potest pati ingratos.*

COMpluries Populus Hebraicus Dei fuit expertus beneficia, nusquam tamen gratum se exhibuit tantum, quantum penes Moabitaram confinia, ubi miseratus, sitientis Populi, altissimus, jussit Moyfi, quatenus congregasset ipsum, nam cupiebat desiderato consolari recentis aqua haultu. *Num. Cap. 21. v. 16. Congrega populum, & dabo ei aquam.* Paret utique Moyfes, Populusque bibit, & gratitudinis cultor, studiosè in canticis, ac hymnis, iteratò beneficij largitorem insolitis effert laudibus. Qualiter? *Tunc cecinit Carmen istud, ascendat puteus.* Mirus plane laudandi modus! *Ascendat puteus?* Si dixisset ascendit aqua nostram extinguens sitim, & ob istud, & quia liberali præstitit beneficij manu, donò, innumeras Altissimo pendimus grates, *sed ascendat puteus?* Phrasis videtur inusitata, & plus, aut minus, quam debet significans: Nisi velimus dicere, hac voluisse magis exprimere phrasi Populi illius gratitudinem, plùsq; sic Divinam extollere liberalitatem. Quomodo? Sic. Tanquam si dixisset Populus: Agit nobiscum in hoc eventu Deus ità munificè, & in tanto no-

*In quo distinguuntur baculi senum, & claudorum, à Dominorum baculis?*

N. 3.

stra

stra secundavit vota abundanti aqua, gradu, quod non defuit, nisi juberet ut non solum ascenderet aqua pro nobis ex puteo, sed quod etiam simul puteus ipse ad nos ascenderet. Quid inde? Ut melius laudemus pro tanto beneficio Deum, nam curtum labium non sat est ad laudandum magnum beneficium, nostrum enim os est valde parvum, & angustum ad id præstandum, potius ascendat puteus ad nos: quia ille os habet magnitudinem, & apertum semper, nostrum verò cum laudamus, quandoque aperitur, & quandoque clauditur, & vellemus indefinenter Creatori gratias agere nostro. Ergo ascendat puteus, ut nos juvet, quia prorsus ad hoc præconizandum beneficium, impotentes fore fateri cogimur. Hoc quippe ipsum illos tres Sanctos Pueros Babilonicos insinuasse arbitraret, cum fontes requisiverint, quatenus simul cum ipsis beneficium laudarent Creatorem: *Benedicite fontes Domino Dan. Cap. 2.* Non enim in congrua hic foret reflexio, si ex alio fonte bibere meus non cuperet discursus. E quale? Non utique ex illo, è quo ipsamet favoris, aut gratiæ aqua, contra naturam avida, ac sitibunda, inebriantur cupidorum, corda, cujus opinionis, insignis, licet infernalis, fuit Dives avarus sectator, in liberalitate Abraham confusus, nam industria accensus, hydropica, aquæ petijt guttam, ad facilitandam doni petiti gratiam, quâ obtenta portam profecto sibi querebat apertam, ad postulanda integra gratiarum flumina. Ex hoc enim fonte non peto, neque guttam haurire aquæ, verum ex alio profundiori, & nobiliori: Utpote ex illo, è quo liberalis Rebecca sponso futuro Jacob, quia petijt ex illius hydria, aquam pro se, & ad aquandis Camelis, non solum quod petijt Jacob obtinuit, sed, & se ipsam pro gratiarum actione in uxorem dedit. *Gen. Cap. 24.* Hanc enim aquæ liberalitatem Jacob laudat, aureisque, nec non argenteis donis munerat, atque Deum pro tanto beneficio pronus adorat. *Pronusque adoravi Dominum benedicens Domino Deo Domini mei Abraham, qui perduxit me recto itinere, ut sumerem filiam Fratris Domini mei Filio ejus.* Digna Rebecca, ut millenis comittaretur benedictionibus, ab illis, qui de Beata intelligunt gratitudine, ita ut Rebecca audire meruerit sequentia, præconia: *Soror nostra es, crescas in mille millia, & possideat semen tuum portas inimicorum suorum.* Si ergo hæc gratitudo est tam commendabilis, quomodo filij Israel extingventes sitim, hoc in eventu, hymnis, & Canticis concelebrant hujusmodi beneficij authorem, & in alijs occurrentijs, in quibus à Domino Deo largiter beneficij

*Ad exprimē-  
dū erga Deū  
gratitudinē,  
nunquā cur-  
ta suffecerunt  
labia.*

*Verus gratus  
non solum lar-  
gitatem lau-  
dat, sed & se  
ipsum largi-  
tori donat.*

beneficij fuere cumulati, in gratijs illi agendis, sunt tam silentiosi, & pigri? Nonne penes Raphidim abundantè eosdem refecit potabili, refrigerantis aquæ, auro? Omnino. Nonne in Sin, præmente illos siti, è dura rupe fecit manare fluentia, ut sitibundus populus hauriret ad sufficientiam? Procul dubio. Nonne pluit Manna è Cælo ad eundem reficiendo populum, & Coturnices dispensavit pro alimento? Ità est. Et ubi est in his eventibus gratiarum actio? Ubi hymni, & Cantica? Hic nullum auditur. Dubium planè ingeniosum, sed subtilis Cajetani. *Nunquam, inquit, prior populus gratias agit Deo habita aqua mirabiliter, tot vicibus nunquam habitis Carnibus, nunquam habito Manna, iste autem novus populus exultat, habito puteo.* Qualis ergo erat iste populus prior ita ingratus? Ille scilicet, qui è terra Ægypti demartrato Moyse inivrus in terram promissionis discedebat, idcirco beneficia æstimabant in nihilum, quia inivrit mutabant solum, verùm hisce mortuis, vitæque functis, novus successit populus Deo gratus, & beneficiorum memor: Unde sequitur, quòd benefacere inivitis, est idem, ac bene facere ingratis, veluti cum seminatur purum triticum in sterilem fundum, qui non reddit Domino frumentum, sed lolium, nec infæcunda gleba æstimat beneficij culturarum, sicut neque indolata mens, aut anima sanam doctrinam: idem Cajetanus: *Erat enim iste populus novus extinctis jam Patribus omnibus rebellibus.* Consequentia videtur clara, si populus erat rebellis in Deum, & suum Principem Moysem, & amat cepas, plusquam uberem terræ promissionis Patriam, potius inclinans ad exprimendam ingratitude, quam aliquam gratiarum actionem: Verùm parentibus mortuis ingratis, & rebellibus moriatur etiam cum illis ingratitude, & tempora succedant grata ingratis temporum iustis: quia ingratos non potes pati meus Colossus.

*Colossus non sibi merita facit alienis Sumptribus.*

**S**ubdolos ille Propheta Balan Regem Balac nequiter seduxit suggerendo, ut ei septem erigeret aras, totidemque vitulos, atque arietes intuitu Sacrificandi Deo has victimas, ut ipsum habuisset propitium, & in responsis ad ejus interrogata benevolum. *Num. cap. 23. Edifica mihi septem aras, & assa septem vitulos, & septem arietes.* Fuitne exauditus? omnino, quia factum est ità. Erexit autem Rex septem Altaria, & suppono, quòd quifecit, vel fieri jussit septem altaria, etiam vitulos, & arietes totidem jussit mactari pro victima. Verùm ubi sunt? Altaria quippè apparent

*Sicut à rebellibus exultat gratiatio, in fidelibus crebro istiusmodi refloret virtus.*

*Qui falsus  
est Propheta,  
aut non Pro-  
pheta, facile  
de bono, quod  
non fecit, se  
jactat.*

*Infidels ma-  
nus, si non ac-  
cipiunt à  
Principibus  
totum, saltem  
accipiunt no-  
parum.*

parent septem, sed tantum unicus vitulus, & aries unus. Quis hoc dicit? Sacer textus in his verbis: *Septem aras erexi, & inposui arietem, & vitulum in ara.* Quis erexit Rex Balan, aut iste seductor Propheta? Utiq; Rex. Quomodo ergo dicit, & se jactat ipsum fuisse, qui aras septem erexit? *Erexi.* Cùm debuisset dixisse *erexit Rex.* Iste enim falsus Propheta videtur mihi maximus ad decipiendum practicus. Ex quo infero? Dicam: Quia Rex fecerat sumptus, & iste seductor impudenter gloriatur hoc Sanctum opus ex proprio fecisse peculio. Secundò nam probabiliter supponere debemus, quod siquidem Rex septem erexerat altaria juxta Prophetæ falsi postulatam, etiam septem dispensaverit vitulos et arietes totidem pro Sacrificio. Verùm hi, ubi nam sunt? Non enim amplius invenitur nisi unicus vitulus, & aries unus. Ergo Sex absque aliis avolarunt? Sic planè evenire solet, cùm falsi æconomizant Prophetæ seu arbitristæ non veri, consulentes Principibus, ut intuitu majoris boni, seu Regij emolumentum, absument multum, sibi reservantes non parum, Quid? Nimirum sex, ex septem, & aliquando totum, minimè scrupulizantes, quòd Reges, inutiles faciant expensas, thesaurosque exhauriant, dummodo ipsi inde suas, extorsis aliorum opibus, aureas divitiarum possint dilatare fimbrias. Verùm ubi sunt hic supervacanei sumptus? Non quidem sunt procul. *Et inposui vitulum, & arietem in ara.* Non ait *in aris* sed *in ara.* Ergo alie sex sunt erectæ inaniter, Siquidem solà una servit? Miror plane hunc Prophetam, atque improbum Inpostorem, & *inposui* (sibi utique nomen inposuit.) O false Propheta! Illius quippe, quod inposuisti, meministi, sed illius quod pro te ex victima deposuisti, vel in domo reposuisti, minime recordaris. Ita est: nam debiles memoria de unico bono, quod faciunt opas, buccis jactantur plenis, & ex sex patris malis, nec unicum loquuntur verbum. Abiectus demum istiusmodi merendi stylus, sibi nempe arrogare pro proprijs sumptibus, quos munificè Principes in Dei dispensarunt obsequium, aut cultum manu. Quid autem hic iniquus prætendebat hoc indecoro stratagemate Propheta? Videlicet se apud Altissimum commendare, quatenus ab eo responsum ad sua interrogata extorqueret, & simul, ut ipsum Rex, atq; ejus aula in magno habuissent deinceps honore. *Nunc Cajetanus: Citat sacrificia, ut merita apud Deum, ad hoc ut revelet, quid agendum, aut dicendum.* O bone Deus quod horum fursurum modij, & quidem cumulati mensurari poterant

rant in mundo! A tempore Judæ Iscariotis hæc grafatur pestis: iste enim perfidus, & Vafer Judas Christi Domini proditor, fuit valde liberalis erga templarios, & templum, quibus totum generosè suum consignavit thesaurum, & voluit facere meritum ex peculio accepto pro venditione Christi, à Judaismo, & alienis sanguinis sumptibus, voluit se commendare pænitentia falsa, apud Deum, & donatione pecuniæ apud mundum; quidem enim dicemus de illis, qui in testamentis, atque in vanis structuris sunt valde liberales de male acquisitis, ut se commendent apud Deum, & homines, & quandoque inveniuntur sicut Propheta Balan seductores, seu habitante, & post obitum æstimati, ut aves rapaces. Hujusmodi scholæ Studiosi videntur illi, qui, ut bene faciant Petro, depauperant Paulum, & immeritis porrigunt manum, & qualificatis ostendunt dorsum, Idcirco Petrus Ravenas in suis sermonibus hos, & similes. Sequentibus carpit verbis: Imperiti, & omnino inutiles elegantibus beneficijs, & officijs ampliantur, divitiæ cumulantur divitijs, & non est, qui respiciat pauperem aut mendicum. Eliseus vasa vacua implebat, & deficientibus oleum dabat, hodie verò contemnuntur vasa vacua, & plena super implentur, ligna in sylvas, & aque in mare deferuntur, & arenæ terræ suberabuntur, & flumina, que non indigent, irrigantur. Nonne superflua divitum, patrimonium sunt pauperum? Cur ergo subtrahis à mendico, ut facias tibi meritum apud opulentum? Rarò itaque licet denudare altariolum, ut altare induas majus, pariterque tibi adjudicare pro merito proprio, quod alienis est acquisitum sudore, ac sumptibus. Quod enim cum alterius dispendio confertur beneficium, tibi nequit esse ad meritum, imò peccatum, cum egeris injustè in proximi tui præjudicium, nam teneris proximum sicut te ipsum amare, & quod tibi non velles, alteri non debes optare, nisi Sacras velis violare leges: meus enim Colossus id non percipit, imò aliter sibi pro videre curans, proprio sudore, mereri studet, & non aliorum labore.

*Colossus summopere amat æquitatem.*

**N**il charius Deo, justis que, ac justitiæ magis innatum, quam seridè punire puniendâ, dum oportet, & simul generosè munerare muneranda cum expedit: & hoc non à se, sed ab ipsomet Deo addidit David Psal. 61. Semel locutus est Deus, duo hæc audi vi. Qualia? hæc. Quia potestas Dei est, & tibi Domine misericordia, quia tu reddes unicuique secundum opera sua. Ità est: his enim duabus inicitur columnis maxima æquitatis, & Sta

*Inordinata liberalitas, que prodiga, aut nimis parca, nec excusatur culpa.*

N. 160.

tus

tus politici, atque spiritualis fabrica. Dantur quippe aliqui nimis favientes in reos, & ad munerandos bonos facile contrahentes humeros, & hi profecto digni, ut numerentur inter illiberatiter parcos: alij autem bonos munerant, usque ad prodigiumque prodigunt dona, & ad Gentem plectendam improbè perfidam, animum, ac manus, affectata tenent compassione, aut metu, quasi aridas, & contractas: & cum malum sit exquocunque defectu, in puncto rectè judicandi, utrumque arbitror pejus. In genere quippe puniendi, eventum dabo, licet infaustum cunctis mortalibus in exemplum 2. Reg. cap. 6. Extemporanea utique Deus punivit morte Ozam obpatratam temeritatem, imponendo fæderis arcam, super rude, & inpositum plaustrum, cum debuisset vehi, loco carpenti, super decentes Levitarum humeros. Nonnè, & alius ejusdem frater, ac ministri fuère ejusmodi erroris participes? In sententia *Menochij ex Abulensi* videtur quòd sic. *Abulensis existimat etiam alterum fratrem, & alios, qui hujus consilij fuère participes, Secreta morte punitos esse.* Dignum planè supplicium è Divino emanatum tribunali, nam pares culpa, eadem æquè multari merentur pæna. Verùm si Philistæis fuit permissum, cum hæbreis eandem consignarunt arcam, ut in curru veheretur, cur hæc indecentia in Philistæis mansit impunita, & Oza ob hanc, tam rigurosè, debet puniri causam? *Joannes Estius: Existimabant forte Levitæ se bene, & religiosè facere, quòd arcam plaustro impositam trahi à bobus sinerent, idcirco scilicet: quia à Philistæis magno miraculo, & quasi Deo approbante id factum fuisset.* Verùm malè existimârunt, quia Philistæi neque utebantur Levitis, neque Sacris, sicuti Levitæ erant adstricti cæremonijs, utpote, quia potius abundabant ignorantijs, quàm erga sacra reverentijs: Levitis verò lege divina per Moysen erat demandatum, ut Sanctuarij vasa, altariaque, & mensæ; arca, & candelabra, super Levitarum humeros portarentur; Cur ergo Oza fuit punitus publicè, & repentè mortuus, ejus verò frater aliique consiliarij complices occultè, non autem ex tempore? *Lyræ: Quia Oza erat principalis, & illa temeritas erat de ejus dispositione, & mandato.* Nefas profusus plus quam absurdum! Qui enim contramandat Dei mandatum, quærens sibi adhærentes, & in idem, contra proprium conspirantes Principem, atque ejus Sacrum decretum, cum notorio publici scandalo, delictum, manum ponens in arcam, ubi Dei recondebatur Thesaurus, quid sperare poterat, nisi peremptorium mortis terminum, atque superventurum, severum

Quo uni est  
permissum,  
non videtur  
omnibus concessum.

rum. Dei iudicium? Et quidem fat meritum, quia caput primum hujus fuit temeritatis, primus utique sit, qui perdat inter alios Caput. Sic enim supremus Cæli, terræque Judex punire novit, cum expedit. Ut autem non videretur, quod in medio tantæ severitatis, immemor Congenitæ erat mansuetudinis, illicò illam convertit rigorem in inauditam benefici largitatem, nam domum Obededon, ubi fuit ipsamet arca per trimestrem depositata, tot replebit gratijs, & divitijs, ut has recensere foret idem, ac maris arenas numerare. *Tirinus hic: Adde si placet, effusus thesaurus, contractas suprà spem affinitates.* (istæ enim sunt securæ, cum alium vident homines divitem.) *Amicitias* (has experieris etiam pedisequas penes nummatus) *Clientelas.* (& quis illibenter aureis famulatur potentia viribus, aut temporibus,) *Sinum* (Nemo oculatus, imò cæcus, & invidus qui altiorem non affectet pro amico.) *Honores, gloriam, famam amplificatam.* Hæc enim omnia, hami sunt ad atrahendum, & aliquando ad animos piscandum, atque ut exenterata æmulatione, viscera rumpantur præ cupiditate, eodem optando fortunæ sospitantis prosperari honore, nummosque aggere, necnon sicut domus Obededon fortunata, cumulata cælitus benedictione. Ecce qualiter Deus trimestrem arcæ hospitalitatem scit largiter munerare, & obpræstitū ab Obededon obsequiū, ac reverentialem cultum, ejusdem ditescere domum, & etiam Ozan severè punire tanquam temerarium: Ut sciant homines Deū habere tam justum, utpote qui scit punire seriò cum oportet, & etiam generosè munerare dum expedit. Utrunque quippe meus studuit hætenus, & quidem sedulò prædicare Colossus, nam suos vellet in idipsum Sancta æmulatione conspici-  
rare, & studiosa æquitate suos clientes, præsertim cum quosdā hætenus novit viros, in severitate plusquam Neronis, atque in feritate tigrides, in munerando verò studia, aut merita, parum, aut nihil liberales: econtra autem alios in remuneratione prodigos, seu novos Alexandros, atque in administrando justitiam punitivam, nimis remissè, atque examinatè, agentes, liberalemque humanitatem, in criminofos affectantes.

*Colossus scit producere, ex spinis, Rosas.*

**Q**uis fuit Core? Seditiosus quidem, & rebellis contra Moysen. *Tirinus Core contra Moysen excitante seditionem, & terra dehiscente, ipsumq; absorbente, filij ejus ingenti miraculo servati sunt Num: cap. 16. Et per posteros propagati, inter quos Elcana quartus ejus nominis parens Samuelis.*

*Qui habet, habet amicos, qui autem eget, raro ul- lum amicum habet.*

*Ex scelerati  
Core impuro  
Sanguine,  
prodierunt  
Elcana, & Sa-  
muel limpi-  
da aequitatis  
miraculosi  
fontes.*

Et quis fuit iste Elcana? Vir planè ingenuus, devotus, & pius. Quis hoc dicit? Sacer textus. 1. Reg: Cap: 1. Num: 3. *Ascendit vir ille, Id est Elcana. ( de Civitate sua statuis diebus, ut adoraret, & sacrificaret Domino exercituum in Silo. )* O felix Elcana! si quem etiã Core è fonte turbido per genituram habuisset, nil moribus Elcanæ inhæsit, obscuram. Quem autem habuit filium memoratus Elcana? Videlicet Samuelem Vatem inter Prophetas planè maximum, atque illius ævi oraculum, nec non decorosum Ecclesiæ militantis, ac triumphantis ornamentum, & denique rutilans Ecclesiastici firmamenti astrum, naturæ, & gratiæ prodigium. Stupet enim mens è brutescentibus saxis, præciosos polire lapillos, atque ex impuro Core sanguine, tam purum prospicere sicuti in Elcana, & Samuele experimur. Id ipsum nobiscum commirans Cornelius, *hic ait ex Paralip: Cap. 6. Num. 27. Patet pius Samuelem ex impio Core, quem Moysi revelantem, terra dehiscens vivum, absorpsit, Num: 16. fuisse progenitum, sed Deus ex Spina, Rosam produxit.* E roseto quippe, fragrans profiliit rosa purpura induta nativa, odore suavis, oculis grata, & licet inter pungentes nascatur spinas, non oritur spinosa, non pungens, neque cruentans, quod autem radix, & roseti propagines sylvescant, videtur ægritudo radice: Quòd cruentet, alieni fore avidam sanguinis: Quòd non bene oleat, quia adhuc vita vivens vegetativa, vivit ut mortua, quia sepulta, sicuti Core vivus sepelitur, ne antequam fiat cadaver, ejus rebellio, & seditio, contra Moysen, fateat, aut illius in vivis exstans infamis maneat memoria. Quòd autem ex infecta roseti radice terra germinet vernantem rosam, saluti proficuum, seu è deformi tronco, flos in arbuſtis speciosus, suaviterque redolens, aut fructus inde optimè sapiens, hoc ad naturæ spectat authorem, qui, sicuti potens est, è duris lapidibus filios facere Abrahæ, potuit, ac potest ex asperis spinis, Blandas producere rosas, & cur non ex perfido Core, fideles Elcanam, & Samuelem divini cultores Numinis? Idem enim succus, aut humectans humor in rosea planta amænissimum producit in rosa florem, & asperos aculeos in cortice, tamen licet hi usque ad sanguinem saucient tangentés, rosa tamen nativo decore, & fragrantia, omnes oblectat sensus, sanguinem purificans, & inter latentes recreans venas. Oartium ars! Utpote soli Deo sibi refervata, cum ex scaturigine fordida, veluti ex faculento Core, aquam, & quidem virtutum rosaceam facit in Samuele emanasse puram. Cur enim dicitur



dicitur de Deipara Virgine. *Ecll. Cap. 24. Sicuti plantatio rose in jericho.* Non utique candidi lilij, non hyacinti, non narcissi, aut gasmini, seu alterius redolentis floris, sed rosæ Jericuntinæ, & non rosæ quomodolibet, sed illius plantationis, quare? Quia *Jericho* interpretatur *Luna*, seu odor ejus. Quomodo hoc potest subsistere? Nam luna non olet, quod si redolet, redolet sicut multa, & multi ad continuam sui splendoris mutationem: Quod quidem argutè quidam cecinit Poëta de hoc maligno loquendo mundo, ac de homine prorsus stolido his verbis:

*Status fortuna, variatur imagine Luna,  
Crescit, decrescit, in eodem sistere nescit.*

Interim tamen odor ipsius plantæ fragrat tam continuè, quod non solum de die, sed, & nocte redolet, & tam vehementer, quod usque ad ipsammet lunam hujusmodi suavitatis penetret odor, ac pertingat. Et demum in alijs Jericuntinis florum radicibus, seu plantis, flos floret, & redolet, non verò aliorum florum plantæ, aut radices. In Jericho utique non solum bene olet rosæ, sed, & in ejus plantatione quædam singularis expectatur fragrantia. Quomodo hoc poterit esse, si illa Civitas primò fuit Idololatriæ dedita, à Deoque maledicta, atque à Filijs Israel miris miraculosè corruentibus, dissipata, & usque ad Cæmenta funditus subversa? Tamen tandem post tot infortunia, mutata ut luna, in suum antiquum fuit reversa splendorem, & florem, redolens ut fragrans rosæ cunctis, aliquo dotata à Deo singulari privilegio, utique, quia hæc insignis Civitatis plantatio, à planta pedis, usque ad verticem Capitis: hoc est à minimo fundamenti ipsius scrupulo, Usque ad superbum Celsarum columnæ turrium, eminentisque super illas fuit restituta vexillum. Demum omnes aliæ ibidem exaruerunt plantationes. Verùm tamen rosarum, in proprio fuere Servatæ virore: à quarum odore, reedificata illa denuò civitate Christus Dominus fuit invitatus, & illum pro recreatione sibi elegit locum. *S. Luca. Cap. 19. Egressus Iesus perambulabat Jericho.* Ibidemque placuit pro diversorio Zachæi domus. Ex quo id infertur? Dicam, Quid vult dicere, perambulabat? Idem planè, ac spaciabatur. In alijs enim locis videlicet Civitatibus, oppidis, atque vicis ambulabat, aut sanando infirmos, aut indoctos ejus Sancta doctrina inbuendo. Idcirco in tota Sacra Scriptura non invenietur, quod perambulasset, nisi in Jerico, ibi enim spaciabatur, id est recreabatur, quia amœnitas loci invitabat, & rosarum

*B. V. Maria  
absque ulla  
labe concep-  
tio elucet.*

rum fragrans odor ipsum alliciebat, & eadem ratio militat erga Prophetam Elisæum, qui illam Civitatem sibi elegit pro habitaculo, ut dicitur 4. Reg. cap. 2. *Elisæus habitavit in Jericho, & Sacer textus illico designat rationem quare dicendo: Ecce habitatio civitatis hujus optima est.* Ecce quod Christus Dominus, cujus delitiæ sunt habitare cum filijs hominum, elegit sibi tanquam Dei Civitatem, & recreationis locum intemeratam Virginis uterum, ubi invenitur tanquam in Jericho absque spinis peccati originalis Rosa, adq; absq; mutatione pudici splendoris Luna. Civitas denique palmarum est Jericho, sicut dicitur. *Paralip. Cap. 28. Imposuerunt eos in jumentis, & adduxerunt in Jericho. Civitatem palmarum.* Non utique unius, vel alterius, sed multarum, aut omnium victorizantem indicantiû Dei parâ Virginē à fundatione ipsius, id est, primo instanti Conceptionis contra inimica hostis communis tela, atque maculantem cunctimode labis noxam. Sic enim Deus ex parentum primorum Spinis, videlicet Adami, & Evæ, ut plantationem rosæ in Jericho divam sibi servavit Virginem, & Matrem, & sic ex infideli Core propagare resolvit in Samuele probitatem, & in ejus Parente Elcana indelebilem virtutum splendorem.

162,

*Colossus semper studuit honorare bene meritos.*

**R**arus datur, in distento mundi hujus foro, vir insignis, & qui post se singularem non relinquat memoriam, ut illius publica vox, & fama ad posteros transmittatur pro exemplo, seu in probitate notatos ad Divos, ac superos, pro glorioso illustrium facinorum lauro immortalis, aut præmio. Hoc autem, cum à se homo præ meritorum pauperie, absque Deo, aut domino, præstare non valeat, Deo profectò eget secundante, aut potenti hominis alterius protectione. Etenim curtus visu, perspicilijs eget pro adminiculo, & claudus, baculo pro sustentaculo, necnon furdaster, ut rectè audiat, ligneo, seu argenteo tubo. De hac enim indigentia privata, quæ jam temporum injuria transivit in communem conquerebatur, & quidem vehementer, ille pauper infirmus Evangelicus, & usque ad hodiernum, non pauci, diem, hoc desertionis incurabili laborantes jam dudum morbo, dicens: *S. Joan: Cap. 5. Non habeo hominem, & melius meo videri dixisset: non habeo homines, nam unus solus non sufficit ad juvandum, præsertim illum, vel illos, qui se juvare non possunt, aut nolunt.* Quomodo? Et si indigentes præclara habent merita? Quid hoc ad

*Non sufficit habere hominem, ut per fortune scalâ ascendas, sed ut habeas manus, ne inde cadas.*

ad nos, ait potens? Etsi commendant continua studia? quid hoc ad me, ait infcitia, manifesta prorsus omnis literaturæ inimica? Etsi excellit in Jure? Quid ad me, ait lurida ignorantia, & crassa. Et si in politicis, uti perspicax invenitur Argos? Quid ad me, mens ingeminat impolita? Quid dicam? Nec Salomon totâ suâ sapientiâ, valebit apud infcios nummum, neque apud numatos obulum, neq; apud beneficiorum infæcundos trinū.

3. Reg. cap. 10. N. 18. Dicitur Regem Salomonem aliquem sibi jussisse fabricari thronum, & quidem tam singulari, atque mirando artificio, ut sibi similem nusquam hæcenus viderit mundus. *Non est factum tale opus in universis Regnis.* Quid ergo habebat istud tam exaggeratum opus, ut super omnes thronos Mundi exaltetur? Nonne quia ex polito fuit ebore? Seu quia mole fuit grandis? Non utique. Ergo, quia fulvo ornatisimè, nimioque fuit vestitus auro? Minimè. Cur ergo in tantum laudatur? Loquatur Sacer textus. *Et quia due manus tenebant hinc inde sedile.* Dubito planè, an in hoc tam magno struendo opere, fecerit Salomon bene, aut aliquam inde mereatur laudem: Si enim sedes foret portatilis, transire poterat istud opus, nam egent, & sedes, & sedens, ut portentur viribus magnis, & manibus, ideo dicitur manuum sedes, seu sedes manualis, sed in throni memorati, sedili, ad quid istæ duæ manus, cum similis sedes semper maneat hærens in loco? Forte istæ manus fuerunt positæ pro decentiori illius throni ornatu; sed neque hoc videtur consentaneum fore, cum pretiosiora pro ornamento possent excogitari opera, nempe si inciderentur ibi flores, seu Regiæ Aquilæ, quam manus hominis: *Cajetanus* disertè planè, sed melius ejus expositio, & interpretis excogitatio: *Hoc est: alæ sedis, hinc, inde erant formata in figura manus.* Dilucidè quidem, nam sedes præsertim Regia, magna habet brachia: & quid istæ valerent sinè magnis manibus? Et quid manus, & brachia absque alis? Meo judicio nihil. Hoc enim expressè videtur, in *Ezechiele cap. 1: num; 8.* In illis animalibus visis ab Ezechiele, quorum unum quodque quatuor habebat alæ, & sub alis pariter & manus; *Et manus hominis sub pennis eorum in quatuor partibus.* Adquid ergo sunt istæ manus hominis sub alis? Ipsemet Sacer textus dat [ad intelligendum, ut quid infra alas, manus hominis habebant, si quidem, numero sequenti ait: *Non revertebantur, cum incederem.* Verùm absque manibus, non poterant pennæ hoc præstare? Omnino. Sed cum intentio animalium foret versus thronum Dei volare, Consultum fuit

*Absque manibus, & brachijs, qd. te valeant juvare, neque alte ascendes, neque inibi din te tenere.*

infra

infra alas ponere hominis manus, ut si volâssent plus, quàm debebant, detinerentur, & si minùs, manibus juvarentur, ac stimulantur ad volandum: Quomodo, si sunt in Cælo egent homine, ut juventur? Si manus esset Dei, transeat, sed hominis, videtur quasi impossibile, & tamen possibile fuit? Quare? Quia ista animalia priùs fuerant in terra, quàm in Cælo, & forte non essent in Cælo, si non habuissent hominem in terra, qui ipsis dedisset manum. Quomodo hoc intelligitur? Quia habuerunt Christum Dominum pro Magistro, qui ut Deus dedit illis gratiam, ut se perficerent, & ut homo, manus plenas gratijs, ostendens eis gradus humilitatis, aliarumq; virtutum, ut conscendere possint in Cælum, quæ alæ, & manus simul, fuere datæ, ut feliciter pervenissent ad Dei thronum. Quos enim significant ista quatuor animalia? Videlicet quatuor Sanctos Evangelistas, Mathæum, Lucam, Marcum, & Joannem. Ità *Communiter auctores*: Hi enim quatuor Divi Evangelistæ fuerunt docti, Sacrique Divini Verbi Scriptores, fidelesq; verè fidei præcones; itaq; penni, ac manibus quibus Scripserunt in terra, in Cælestem secum attulerunt, & quidem celeri volatu, patriam, quod quidem assequi non possent nisi sub ipsdem penni, manus hominis latuisset, & Dei; qui dedit manum, ut possint ad altum evehi gradum, beatè scribendo, & gloriosis meritis, usque ad Dei perveniendi valerent thronum. Quod si hoc genus merita munerandi relinqueretur mandando, forsitan secundum paterentur martyrium, non sat putantes iniqui, perpestos fuisse in primo. Ecce quod Salomon Rex singulari cælestis erat dotatus sapientiâ, sed quia homo, licet Rex, timuit non posse conscendere absque alienis brachijs, & manibus ad sibi destinatum thronum. Quis ergo præsumere audebit absque meritis, scandere posse in alienum? Et quis similibus, manus ut provehantur, dabit? Videlicet aurum, intrafitio, affinitas, amicitia, Caro, & sanguis: hæc quippe omnia inter se stricto maritantur vinculo, sibi invicem dantes manus, ut ad dignitatis, quam non merentur, provehi queant Culmen, relinquendo utique, sed injustè, usque ad ipsummet Salomonem cum tota sua sapientiâ, non ut sedeat, imò ut supersedeat à sede, & à sessione. Idcirco Colossus ut sapiens, prudenter sibi providit, & pariter instruxit, quatenus ille, qui ad gratiæ, aut gloriæ humanæ conscendere ambit thronum, sibi priùs provideat demeritis, & pro meliori esse, sibi quærat hominem, & ejusdem mediationem, & brachia, aliàs ad pedes æternum manebit scælæ, & inter miseros miser.

*Absque meritorum manibus, atque alicuius potentis suffragio, raro quis stat in alto loco dñi.*

*Colossus in cunctis perfectum amat Regimen.*

**P**Ræcipuus in Salomonis templo decor, nobis prorsus ad admirationem innotuit. 3. Reg. Cap. 7. Num. 15. In ejusnamque frontispicio duæ perpulchræ, magnæque proceritatis triginta quinque cubitorum altitudinis splendebant Columnæ, ex puro elaboratæ are, in grossitie quatuor digitorum, atque in eadem superficie nitidissimo jussit superfulciri aurum, cujus valoris pretiositas se ad nonaginta quinque miliones extendebat in sententia Cornelij à Lapide, & aliorum, quos hic referi: Addit Eusebius apud Eusebium Salomonem totas Columnas vestisse auro ad crassitudinem unius digiti, unde Colligit Vallapandus in columnis his auro vestitis expensas fuisse nonaginta quinque miliones. Incomparabilis prorsus thesaurus! Verùm licet opus istud valde sit insigne, & juxta magnanimum cor Salomonis, & quidem super omnem commendabile laudem, aliquod in illo reconditur arcanum, plane quoque præconizans magnificum non solum quoad artificij raritatem, sed quoad mysterium latens in his aureis columnis. Quale hoc erit? Nimirum, quia utique jussit columnis nomen imponi, & diversum, nam una ex illis, quæ ad dexteram exstabat manum, vocabatur *Jachin*, & quæ à sinistris, *Booz*. Sic sacer textus: *Cumque statisset columnam dexteram, vocavit illam nomine Jachin, similiter erexit Columnam secundam, & vocavit nomen ejus Booz.* Magna prorsus hæc mihi videtur novitas. Nomen columnis mortuis? Si imponeretur Regis Imperantis, aut dexteri artificis, illius utique propter assumptas munificè opes, seu istius ob inauditam ingenij dexteritatem, mihi videretur consultius, verùm in columnis nomen nemo cordatus laudabit, nisi per hanc inscriptionem aliquid denotetur memorabile ad instructionem plebis. Ità est. Quid autem hæc indicabant nomina? *Lyræ* hic Hebræorum relata referens. *Dicunt Hebræi, quod per istas duas columnas signabatur firmitas, & robur Regni David.* Verùm in quo significabant hæc duæ, nominaque illa desuper inscripta, Regni, & Davidici Regiminis perpetuitatem, seu nusquam intermorituram durationem? Varia quidem discurrunt moderni, & antiqui in hoc puncto Authores. At in hi Cajetanus magis placet, nam *Jachin* quoddam significabat Imperium directivum, ac rationis regulis conforme in cunctis gubernium: *Booz* autem significabat in resolutionibus constantiam, & in executione ferventem agendi operam, necnon animi fortitudinem, ne ob neglectum

*Imperium  
directivum  
absq; execu-  
tivo clari-  
tate  
indicari u-  
bernium.*

eiusmodi in agendo casorem langvesceret, seu tepesieret bene ordina-  
 tum Imperij Jurisque publici, aut privati Regimen. O beatum docu-  
 mentum procunctisque Regentibus directorium! Videlicet unum facere  
 diligendo publica, & alterum non omittre pigre exequendo privata;  
 hoc quippe Sancta Ecclesia enixè à Domino Deo petit rogando ipsum  
 utique: *Sic transire per bona temporalia, ut non amittamus eterna.* Hæc  
 quippe dux sunt columnæ in nostri cordis templo, virtutum auro splen-  
 dentes, quibus non solum pulchrescit animæ structura, in qua mens di-  
 rigit voluntatem, ut bene faciat, sed, & promptè exequens, quod ratio  
 aut intellectus imperat, nec non lex divina, seu humana, dicant, non ve-  
 rò, quod tarda cæcæque voluntas inordinato quândoque conatu man-  
 dat. Sic, & in politicis discurrere lubeat, videlicet Jachin nomen, in recta  
 rerum directione promereri sedulo studens, & Booz in debita, ac prompta  
 executione, imitari non desinens. Attende, quid dixit Centurio Chri-  
 sto Domino: Habeo sub me milites, & dico huic vade, & vadit, & alteri  
 veni, & venit, & alteri fac hoc, & facit. *S. Math. Cap. 8.* Et de hoc mira-  
 tur Christus? Omnino. Idcirco sequitur, *Audiens autem Jesus miratus*  
 est. De quo in tantum miratur? Ille respondit sic: *Amen dico vobis,*  
*non inveni tantam fidem in Israel.* In quo hæc fides demonstratur? Quo-  
 niam ille se noscit hominem, & erat superior militarium hominum, & de  
 hoc miratur, quod in homine, erga homines, sit tanta fides, & in homi-  
 nibus, & subditis tanta fides erga suum Superiorem, simul, & hominem.  
 Animadvertere liceat non dixisse Centurionem: *disco huic vade.* Sed misse-  
 riosè addidit, & *vadit.* Ut quid hæc additio, si ex fidelibus servis, ac mi-  
 litibus honestis, necnon Ministris rectis, non debet credi Contrari-  
 um, imò talis promptitudo in exequendo Domini jussum, ut penes sit di-  
 ctum, quando jam sit factum, necnon, & penè aliquid sit à Patrono præce-  
 ptum, quando jam sit à ministro fideliter executum, & hoc tam promptè  
 & celeriter, ut inter vocem imperantis, etque ejus mandatum exequen-  
 tis non sit, nisi unicum, *Et intermedium, conjungens verbum imperan-  
 di, videlicet, vade, veni, fac, cum actu parendi illicò, & confestim exe-  
 quendo, quod jubetur: idcirco non dixit: Vadet, veniet, faciet, sed in præ-  
 senti, Vadit, venit, facit.* Hoc quippe vult dicere Jachin & Booz, ille uti-  
 que politicum dirigens imperium, atque iste juxta directoris, aut dire-  
 ctorij mandatum, ut fidelis agens executor. *Cajetanus: Nominavit si-*  
*quidem*

Deside Cen-  
 turionis, &  
 ejus militum  
 miratur Chri-  
 stus. Dominus  
 miratur?

quidem columnam alteram à fortitudine executiva, ut sive ad Deum (ante  
 cuius templum sitæ sunt columnæ) referamus, sive ad Regem, sive Re-  
 gnum intelligamus, hac duo summo honore digna, & verè coronanda, videli-  
 cet imperium directivum (non quia sic volo, sic iubeo) & fortitudinem dire-  
 ctorum executivam. Hæc enim duo beneficia Divina apparebant, tum Di-  
 vina gubernatione Israelis, tum in Rege Davide, & in suo regno, & summè  
 necessaria cuilibet Regi, & Regno declarabantur, per has columnas Corona-  
 tas talibus nominibus insignitas. Ex quo planè animadvertes, illud fore  
 magis commendabile apud Deum, & homines gubernium, quòd in re-  
 rum politicarum directione agit studiosius, & in prompta executione in-  
 stanter, atque animosè, ferventius. Apocali, Cap. 6. Dicitur, quòd san-  
 ctus Joannes quatuor viderit equos, & totidem sessorum, videlicet pri-  
 mum album, cujus sessor arcum habebat in manu, caputque corona-  
 tum, qui exivit vincens, ut vinceret. Secundus autem coloris erat rufi,  
 cujus sessor destinatus videtur, ut pacem fumeret de terra, & datus est ei  
 gladius magnus. Tertius autem coloris nigri, cujus sessor habebat sta-  
 teram in manu. Quartus verò equus pallidus, cujus sessor erat mors, &  
 infernus sequebatur eum, & data est illi potestas super quatuor partes  
 terræ interficere gladio fame, & mortè, & bestiis terræ. Miranda plane  
 visio! Super quam varia intertextunt Authores, exquisitissima exci-  
 tantes dubia, ego verò in præsentiarum animadverto inprimis, quòd co-  
 lores equorum exprimuntur, non verò equitantium super illos. Secun-  
 dò illorum nomina subtrahuntur, & videtur, quòd in tribus primis equita-  
 bat vita, & solum in quarto mors. Quid autem hoc erit? Ut autem id  
 utilius sententiam Eximij Patris Sylveira in Apocalypsi, producam: Ec-  
 ce ait, ecce isti sunt quatuor equi, quatuor scilicet Principatus, Evange-  
 licus, Sæcularis, Ecclesiasticus, & Infernalis, ex his quatuor equis, duo  
 sunt faulti, primus, & tertius: Duo infaulti, secundus, & quartus, & per  
 hos quatuor cum suis sessoribus significatur universus mundi cursus à  
 Christo Domino, usque ad finem mundi: verum omnes quatuor equi sunt  
 destinati ad currendum, & ut in cursu dirigantur ab equitantibus illos.  
 Mirum tamen videtur, quòd nemo ex his sessoribus habeat flagellum in  
 manu, neque calcaria in pedibus, sed primus habebat arcum in manu,  
 secundus magnum gladium in illa, tertius verò stateram, quartus verò  
 nihil. Verum sufficit, quòd mors sedisset supra, nam illa habet in se suf-  
 ficien-

Mortis po-  
 tentia, & ex-  
 ecutoria pot-  
 estas, vel  
 imitatio, sed  
 quod n. illi  
 mortalium  
 parsat?

ficientem manum ad omnes, & magnum comittatum, nam totus mundus sequitur illam, usque ad ipsum infernum, idcirco dicitur, quod *Infernus sequebatur equum*. Si autem sequebatur equum, equitantes pariter sequebantur mortem. Ecce quod omnes isti quatuor equi currunt, & equitantes dirigunt, e quorum cursu invenio, quod equi currunt, & pariter exequuntur in cursu, quod ipsis ab equitante mandatur; aut si mors neque arcum, neque gladium, neque stateram, habet in manu, quomodo equus parebit illi in cursu? quomodo promptè, quod illa jubet, exequitur? **Dicam.** Quia cum illa sit tam potens, non dat ictum, qui non sit mortalis, neque passum illius equus, qui non sit ad mortem; imo omnes sunt fructuosi, nullusque in vanum, estque mors tam executiva, ut ipsa directorio equi, executio sit contra vitam. In omni enim Principatu est, qui dirigit, non tamen, qui exequatur ita fideliter, ita promptè, & ita fortiter sicuti mors, quia cum nulli parcat, nulli etiam in exequendo condonat, imò potius omnes, & singulos executivè mortales ad mortem damnat. In hujusmodi cursu sive communi, aut privato ait S. Paulus. *Omnes quidem currunt, sed unus accipit bravium.* Mors enim currit post nos, & nos non damus passum, qui non sit mortem versus: sed quis currit velocius? quis verò accipit bravium? Utiq; ipsa mors, illa quippe est, quæ currendo, & luctando cum ipsa vita, non solum dejicit ad terram, imò sub ipsa terra consequenter tumulat, & denique, quæ omnes supplantat, cunctorum vitæ insidians, vitales maximè enervans spiritus, & quæ finem, imponit delitijs, appetitui, dignitati, divitijs, & demum eventibus varijs. Tam fortis est, ac potens? Omnino. Imò tam executiva, ut in ejus cursu, itinerario, aut directorio, nil magis memoriæ habet impressum, & quidem non una die sola, sed continuo, quàm defunctorum commemorati- onem, nempe innumerabilium, seu universorum, quos illa demessit falce, de tot sibi congratulans sanctorum, & non Divorum victorijs. Quare utique tam crudelis, ut minimè ulli compatiatur mortalium? Sacer rexus loquitur sat clarè, videlicet. *Quia ei data est de super potestas super quatuor partes terre, interficere gladio, fame, & morte, & bestijs terra.* Magna planè mortis potestas, quæ non solum datur, ut dirigit equum, sed etiam, ut interficiat universum. Deus quippè est, qui ad mortem unumquemque damnat, sed mors ejusdem sanctæ, extat æquitatis execu- trix tam prompta, ut neque unica hora suum negligit exercere officium, imò

*Quam velo-  
citate currit  
mors? celeri-  
us planè, quàm  
ejus equus.*



imò solum ejus tristes memoria omnes tenet in continuo timore, & metu. Ob id fortassis equus, quem æquitat, depingitur pallidus, nam nullus magis mæsto suffunditur pallore, quam qui mortem videt ad oculum, super se æquitantem, & cum illa in aliam vitam, & quidem absque appellatione præcipitosè prorsus nullo succurrente, currentem. Nunc enim percipio, cur dixit Spiritus Sanctus, *Fortis est, ut mors dilectio?* Et quæ dilectio est ista? Videlicet erga Deum, & proximum, & suum proprium officium. In quo ergo noscitur hæc vis, ac dilectionis fortitudo? in prompta scilicet voluntatis rectæ executione: Idcirco dicitur proverbialiter, *Signum amoris, exhibitio est operis.* In hac enim operis exhibitione, consistit fortitudo dilectionis perfectæ: Et quid erit exhibitio amoris, nisi amoris praxis, aut executio voluntatis? Utique amare fortiter: & sicuti est fortis mors, & executiva in occidendi stadio, ad nihil aliud divertens animum, aut studium, ita, & dilectio in amando indefinenter Deum, & proximum, & ad totum illud amandum, quod ex officio tenentur, ad nihil aliud distrahere cogitatum, & quidem tam fortiter, sicuti mors agit erga alios eos superans, illa illæsa semper manente, ita & amor agat in fortiter amando, curans, ut à nullo superetur, imò semper triumphet, & jure meritò victrix habeatur à cunctis. O quam bonum putarem meum Colossium pro regimine, nam non solum invenio ipsum pro nostra directione idoneum, sed in administratione æquitatis principem rectissimum, improbos damnans, & quidem severe ad mortem, & bonos cordicitus indefinenter diligens, & tam fortiter, ut nemo hæctenus ipsum superare potuerit.

*Colossus revereri suos, toto studet nixu, majores.*

*Cur dicitur dilectio fortis, ut mors?*

N.164,

Quot enim capita, tot sententiæ: verum nunc duas solum in publicum prudentiæ producā theatrum. Prima dicit sic: Stulte procedit, qui multum curant illos, qui nullum præstare bonum valent, aut beneficiū, nec aliquid facere possunt, etiamsi velint malum, nam ad utrumque seu negante natura, seu fortuna adversante, per impotentiam inveniuntur inhabiles, atque, ut aliquis ex eis expectetur fructus, steriles. Quod si unū ex his præsumeres tibi posse præstare, quid fecisses? Profecto ipsi potius, quam alteri adhæsissem: verum, si aliquis posset, & vellet, tibi que promississet aliquid facere bonum, & alius nullum tibi inferre malum, cui libentius adhærendum, fore potius putares? Ego dicerem, quod utriusque?

Hoc

Cum non in-  
veneris, qui  
tibi faciat bo-  
num, adhe-  
reas saltem  
uni, qui tibi  
non faciat  
malum, aut  
Reipublicæ  
præjudicium.

Hoc enim ratio dicit, sed si idipsum non consistit in mea electione, sed in aliena voluntate, & hæc nil boni potest, aut vult facere, quid hoc in eventu agendum? Elige potius tibi aliquem, qui tibi, & tuis nocere non possit amicis, & ipsum revereri studeas. Quare? Quia sat tibi boni, præstare videtur, qui nullum tibi infert præjudicium, nec etiamsi possit nocumentum: Profectò sic poteris vivere consolatus. Vide, quid David ait: Psal: 13. *Non est, qui faciat bonum, non est usque ad unum.* Ergo ama, æstima, honora, ac venerare unum, qui tibi, saltem non faciat malum, si quidem iste unus, qui in mundo facit bonum, vel non potest, vel non vult bonum tibi facere. *Ju: Cap. 9. n. 8. Jerunt ligna, ut ungerent sibi Regem.* (O qualis electio ista, ubi suffragantes exstant lignei, & electi meri trunci) & dixerunt olyvæ, *impera nobis*, verum non acceptavit, & planè fecit optimè, nam periculosum videtur ædificium, & sat ruinofum, quod ex materia corruptioni valdè subjecta, compaginatur. Audita ergo neo-electæ Olyvæ recusatione, *Dixerunt ad arborem Ficum, accipe Regnum.* Ficus autem parùm electionem curavit. Cur hoc? Quia regere insensibilia, est habèrere rectorem pro insensato, & caput, hæc laborans infirmitate facillè exponitur miseriarum vento. Quia sicut Equus, qui non sentit calcaria, aut frænum, valet parùm, imò nihil, ità vasallus, qui non sentit intuitu emendationis inflictos à Domino ictus, neque si secundetur, æstimat beneficium. Quo audito à lignorum conciliabulo, ierunt ad frondosam non procul adstantem vitem, *Locutique sunt ligna ad vitem, veni, & impera nobis.* O miser rerum status! In quo superiores debent rogare subditos, interposita quandoque repulsa, & aliquando auscultando cum pudore negativam! Etiam vitis se excusavit, & meritò, quia si ficulnæ dulcedo, aut mel pro ore non quadrat. Afinino, cur debet pro illis servari, quæ ad aquam ævæ sunt pluvialem, sapidus generosi vini haustus? Miranda planè resolutio, & non parùm stupida prætentio! *Ut ungerent sibi Regem?* Si dixissent, ut eligerent, poterat transire dictamen, sed ut *Ungerent*, videtur idem ac dicere, *Ungere* oportet præponi ad *Eligere*, seu saltè simul, & semel utrumque conciliare, ità, ut *Eligere* non sit procul ab *Ungere*, aliàs electio declarabitur nulla, & ipso jure in baculorum, aut lignorum sententia, cassata. Præterea venit admiranda, eò quod non elegerint pomum granatum à natura coronatum, nec suave pomum appetitus verè delictum, cujus sapore, odore, & colore primi allecti Pa-  
rentes

rentes ejus maximas commendarunt qualitates : Cur non lapidum persicum, seu pyrum, aut prunum, quarum fructus præ multis excellunt? Meo judicio volebant Regem frugiferum, seu fructiferum, non qualemcunque, sed pinguem, sicuti oleum, seu dulcem, & blandum sicuti ficus, si vè potabilem usquæ ad lætitiã, sicuti bonum vinum, & has magnas qualitates, ac merita, vellent ligna in eorum coronato Rege. Ut quid? Nempe: Ut Regiæ substantiæ, ac pinguedinis sumptibus, ungeretur potuissent Regem, & ipsæ pariter possent, & ipsa ab ipsomet Rege inungi, atque, ut Apothecam insatiabilis cupiditatis præciosis valerent replere unguentis. Verùm ficus non sunt pingues, neque pingue vinum: Ut quid autem istos, & illos elegerunt, si nil de pinguedine habent? Ficus Fortassis, ut possent ficus, quando oporteret, ostendere cæteris, & si isti coronam accipere recusaverint, speramus tamen, quod vinum componet omnia, & nemini displicebit lætari, cum lætis, garrirèque cum garrulis, seu ullulare cum lupis, præsertim si vinosi in capite vinum habent, ubi potius solet regnare, ac sub se multos habere prostratos, & ad ejus servitia, hilares, & promptos. Cùm autem lignea vidisset Congregatio, quòd gratis in Regis electione trivisset tempus, resolvit sibi eligere Rhamnum. Miror de hac inter ligna novitate, cùm elegissent spinas, temnendo aliarum fructiferarum arborum flores, & rosas: Verùm quid debent facere paupercula ligna tentantia extrema, si quidem illa ligna, quæ ipsis poterant facere bene, electioni earum superba restitère renitentia: Præsertim, cum despexerint tantorum electorum suffragia? Profectò sat providè sibi elegerunt, quia licèt Rhamnus non potest facere bene, saltèm non potest facere malum, quia licèt ex illo non expectent Fructum, sperant tamen securum in illo umbraculum, quòd si noluerint annuere, & sub ejus umbra, & protectione manere, malè non habebit Rhamnus, imò, si ira fuerit accensus, illa non tanget incendium. Id ipsum ex eo colligitur, nam post electionem pro gratiarum actione, & quidè sat culta oratione, respondit sic: *Si verè me Regem vobis Constitutis, venite & sub umbra mea requiescite: Si autem non vultis, egredietur ignis de Rhamno, & devoret cedros libani.* Ecce quomodo sibi elegerunt Principem, qui licèt uti Erinaceus circumdatus sit aculeis, eos monet, ut sub umbra maneant, nè spinæ illa offendant, providendo necnon, quòd etiam stimulante ira potius incendet libani cedros, antèquam tangat concreditum sibi populum. O beata electio

*Eligere Superiorem non fructiferum, idem est accipere truncum.*

*Ille est bonus pro Superiore, qui licèt armetur aculeis non sunt ad nocendum proprijs.*

electio, in qua destinatur Prælati Spinis cinctus contra hostiles inimicorum impetus umbram relinquendo, & sub illa tenendo, & protegendo populum! Et ô infelices neoelecti, qui exactionum puncturis sauciant, & divexant plebem, & superbos mente, atque elatos ore, & opere cedros relinquant intactos, acceptione personarum agentes in omnibus per fas, & nefas se nimis ostendendo partiales. Idcirco meus Colossus videtur pro regimine valde aptus, cum sicut arbor plantata secus decursus aquarum à Deo electus in Prælatum, esurientes bonorum operum fructu implens bonis, ac divites dimittens inanes.

AV. 165.

*Colossus nãl magis Cordi habet, quam bonum publicum.*

**I**nter Samsonis hostilitates contra Philistæos nulla mihi major videtur, quam illa, qua vindictæ ignitabulo, ejus incendiaria manus ignem excitavit copioso vulpium adminiculo, in quaram caudis alligato fune, & ad illum accenso pariter titione, ad maturas currere coëgit segetes, illas pro pabulo voraci, tradens plusquam sæve, igni. *Judi: Cap. 15. Cepit trecentas vulpes, caudasque earum junxit ad caudas, & faeces ligavit in medio, quas ignis succendens dimisit, ut huc, illucque discurrerent, quæ statim perrexerunt in Segetes Philistæorum, quibus succensis, & comportate jam fruges, & adhuc stantes in stipula, concremata sunt, in tantum, ut vineas quoque, & Oliveta flamma consumeret.* O bone Deus quale incendium, ob unicum indebitè consumatum matrimonium! Quòd enim magis hoc in eventu dignum videtur consideratione, est non utique quod Samson, qui nunquam fuerat venator, tot, & tantas in tam brevi temporis spatio potuerit capere vulpes, tot titiones, atque funes, & quot vulpes fuerint ita mansvetæ, ut se permississent ligari, nullaque ipsi aufugisset, aut mortu offendifset Samsonem: Verùm si bene perpenditur, nil novi similia vidisse in mundo, nam ad patrandum mala facile retro portam invenitur Scopa, seu disciplina ad instigendum alteri verbera: Sed quòd paria, & paria ligasset, non autem seorsim unamquamquè, singularem meretur reflexionem. *Lyra: Eo enim, quod ligata erant modo predicto, non poterant currere ordinate, & expedite ad se occultandum in Nemoribus, vel forvis terra.* Optimè discurret Lyra, nam sicut bos solutus melius se lambit sic, & cursores, etiam vulpes liberius currunt, dum soluti. Sed ad meum aptius intentum *Cornelius à lapide: Rursum ut moram ad succendendum segetes necessarias eis injiceret, dum ulla vulpe fugiente, altera sistit, vel alio se pro-*

*Providentia  
Samsonis  
laudatur, &  
quare?*

*se pro-*

*se prorripere satagit.* Fateri cogor, astutas fore vulpes, sed astutiores putarem, qui illas intelligunt, instar Samsonis: idcirco providè disposuit, ut non ivissent una, & una, imo binæ, & binæ, nam per angustum fovearum foramen, haud facile poterant intrare duæ, & duæ, & hujus intuitu, non quidem seorsim ligavit, sed paria vinxit, nè facilè possint aufugere, cum minùs currere potuisset ligatæ, quàm solutæ, neque intrare foveam simul, & semel valerent. Hac enim egit Samson industria, ut diutius in simul detentæ, vehementius, & citius igne absumerent, casuque, quo una ex segetibus aufugeret, altera quærendo fugitivam, huc, illucque vagando nutrent magis incendium, & sic omnia evenissent ad incendiarij votum. Verè magnum in vindictæ genere istud stratagemata, speculum tamen clarum, in quo videtur, quàm potens sit accensus, atque caudatus vindictæ furor. Unicum verò commirari non cessabo: nimirum, Quomodo evadere cum caudas ignem, nec si fuère passæ, sacer textus dicit: sed meo judicio debet supponi, nam instrumenta mali, rarò non solvunt prius, aut posterius tantum, quantum ipsimet, cujuscumque mali factores, seu fautores. Ergo forcipes apud ferrifabrum in ardenti non cadent focò, simul cum chalibe, aut ferro? Ergo agens in agendo malum non repatiur? ut quid ergo sunt in mundo framea, & patibulum? Ergo, qui mordet alium in honore, non patitur remorsus Conscientiæ? Ergo, qui mittit, ut maledicus linguæ sagittam in alium, liber est à refusione? Non credas, falleris plane, nam nil mali somnias, loqueris, aut cogitas, vel ut scelestus agis contra Divinum, aut humanum decretum, quòd maneat impunitum, in hoc, vel in alio sæculo. Putasne, quòd in Regnis, & in quocumque mundi Principatu, non dantur Samsones, & vulpes, & quandoque inter illos plures vulpes, quàm Samsones? Quomodo aut qualiter hoc intelligitur? Loquatur S. Doctor Aug. apud Cornelium à lapide: *Prima habent blanda, magna deceptoría opera, posteriora, verò ligata, idest, damnata, & ignem in sine trahentia, ut eorum fructus, & acta consumant, qui suis seductionibus acquiescunt.* Loquitur enim S. Doctor deplorabili hæreticorum statu, & ego de morali, & politico. Ecce enim hos, & similes experientia frequenter infaustos deplorat, & declamat eventus. Qualiter? Sic. Conveniunt, & cœniuntur in unum duo, initio nempe sermonis, quasi uterini fratres, astuti tamen ut vulpes, aliquod

*Instrumenta  
mali ignis,  
rarò liberan-  
tur à combu-  
stione.*

*Difficile no-  
scitur, an in  
mundo plu-  
res sint vul-  
pes, quàm  
Samsones?*

deinde

*Unus quisq;  
ad privatum  
bonum liben-  
tius flectet  
animum.*

*N. 166.*

*Licet varie-  
tas delectet,  
non semper  
vicissitudines.*

deinde inter illos Serio grave pertractatur negotium, & per longum, & latum obcaudatos fines unusquisque ipsorum distentunt secundarum intentionum, aut privati commodi trahit finem, cujus extremitas, seu finis, quandam accensam in convenientiarum gestant tedam, qua propria lucet convenientia, & solum ardor, & flamma pro plebe manet misera, & denique utriusque propensio, inclinat, non ad dirigendum se, & alios, per communem viam, seu tritam, sed per ambages, atque inviam cavillationum semitam: Cur utique in simul in principio colligati, & sic procedunt, usquedum tangunt Communis boni punctum: Verum illico, ut ad convenientiae privatae perveniunt confinia, unusquisque ex illis vult pro se, & ad se fortiter trahere praesumpti commodi funem, sic, aut sic agendo, loquendo, aut discurrendo, quo facto, unusquisque it per suam partem, & publicum manet bonum in medio incendij, si non combustum, sicuti segetes apud Philysthaeos, saltem ruinatam, atque ardens litibus, crebrisque pro semper suspirijs, atque ploratus.

*Colossus fortuna miratur vicissitudines.*

**S**ecundum Reg: cap. 8. Dicitur, quod inter alios victorizantis Regis Davidis triumphos, non fuit minor ille contra superbum Philysthaeum obtentum, aemulatorem plane, ac declaratum gloriosi status Israelitici hostem, ac acerrimum persecutorem, quem bellica debellavit industria, ejus elatam humiliando cervicem, usque ad ejusdem novissimam, & ejus populi internectionem, levando tributum frænum è Philysthaeis, & quidem cum pudore, manibus. *Percussit David Philysthaeos, & humiliavit eos, & tulit frænum tributum de manu Philysthaeorum.* Quid enim vult dicere frænum tributum? Videlicet, quod fecit inimicum tributarium, & sicut antea per onerosa tributa Philysthaei tenebant Judæos in fræno, nunc vice versa per gloriosissima istius Regis arma, Hæbraei modò tenent Philysthaeos. Sic quippe in Vitæ humanæ horologio, rota fortunæ incedit, & omnis sonat aliter hora, atque inconstans aura varietate pulchrescit continua. Verum, quia rarò fixa, adhuc coronata periclitatur de vita: Sic enim inconstanter ejus circumagitur, aut agitur rota, cujus exemplum habemus in Cornelio, Scipione, in Julio Cæsare, in Valentiniano, atque Agrippa, nec non in compluribus alijs, qui ex carcere obscuro, aut despicabili exilio, & quidem contra spem, ad imperiale ex tempore eVecti fuere solium. *O rerum vicissitudo! Quam Cæca, quam varia te ostentat!*

tas! Nemo melius, quam Apelles veritatis penicillo fortunam depinxit; quomodo? Videlicet sedentem: & interrogatus, cur illam sic deliniaverat? Respondit: *Quia nunquam stetit.* Ridendi tamen veniunt, & aliquando flendi illi, qui fortunam Deam vocabant, sicuti Gentiles, cui, licet stupide libabant thura. Et quare flendi, seu ridendi similes? Nimirum, quia tribuunt casui, & contingenti eventui id, quod ad præordinationem Divini expectant Numinis. Idcirco S. Thomas, 1. p. q. 116. a. 1. Ubi istud, inter alia ponit exemplū, ait: Scit aliquis thesaurū in tali latere loco, vocat operarium, & ait: *Hic fode.* Comparet thesaurus. Eventus enim iste operarij casualis est, sed non respectu alterius Domini fodere mandantis. Providet utique Deus omnes secundarum causarum effectus, & proinde respectu Dei, nec casus datur, nec fortuna, sed omnes extant Divinæ providentiæ effectus: qui verò Dei Causam, & fortunam asserit, is providentiā Divinam negat, ut S. Thomas, ait sic concludendo: *Et ideo dicendum quod ea, quæ hic per accidens aguntur, sive in rebus naturalibus, sive humanis reducuntur in aliquā causā præordinantē, quæ est providentiā Divina.* Quapropter non Casu, aut fortuna providit Deus, quod frænum tributum positum Isthæi à Philisthæis, illudmet Philisthæis imposuissent Hebræi. Verum cur vocatur tributum frænum, cum istud sit factum pro eqvis, tributum verò pro vassallis? Quia nimirum nil magis tenet in fræno subditos, quam ordinariū, aut extraordinariū exactionis onus. Et sicut Equitator ducit, quo vult eqvum per frænum, & in ejus est manu laxare frænum equo, ut Currat, vel fortiter tenere, nè uterque impingat, sic, & in manu est Principis positum, laxare tributarijs imposita de jure fræna, ut liberius ambulent, seu currant, vel tenere fortiter in fræno, nè se à servitutis penso eximant, seu à communi jugo collum superbe subducere valeant. *Lira. Frænum, id est, quod tenetur sub seffore, eodem modo tributum est id, quo tenetur populus sub seffore sub dominante.* Nil sentit magis eqvus, quam frænum, & nil magis plebs, quam tributum. In moralibus autem non est aliud remedium contra indisciplinatos, aut furentes peccatorum impetus, quam frænum ponere legis, nè præcipitentur, aut nè degenerent à nativa gratiæ, & virtutis progenie ad laxam vitam præcipitantis vitij: & hoc ipsum prævidit David, *Psal. 31.* dicendo: *In chamo, & freno maxillas eorum constringe, qui non approximant ad te.* Hoc est, qui à te avertuntur tanquam tributarij Regis Regum, imò de-

*Qui habent fortunā pro Dea, contra Divinam agunt providentiā.*

*Degeneres à virtute raro bibunt de gratiæ fonte.*

*Quare muli  
facile solent  
recalcitrare,  
ut falsi, non  
sic equi?*

*Pro illis, qui  
habent os du-  
rum, non suf-  
ficiat solū fre-  
num.*

generantes naturam induunt muli. Quid ergo singulare est in mulo, quòd non est in equo? Quòd equus est nobilior, & mulus fermè semper falsus, usquedum diu per frænum, & chamum dometur. Præterea quia equus procedit per generationem naturalem, mulus verò per monstruosam, equus utique ab equo, & equa, mulus verò ab asino, & equa, seu ab equo, & asina. Et quid in hoc est positum? Multum. Quia mulus ob generis ignobilitatem facilius mordet frænum, & facilius ostendit Domino Calceos. In quo fundatur mulus? In ignobilitate naturæ, in monstruositate agendi, quia cum ille ex nobili, & ignobili generetur, ea parte, qua nobilis est, inclinatur ad solvendum suo Domino servitutis tributum, eadem verò parte, qua ignobilis, inclinatur ad non solvendum. Aliquid singulare ad istud propositum recenset. *Hugo cardinalis: Quòd fabulosè narratur de mulo, quem vulpes interrogavit, de quo genere fuerat, & mulus respondit, quòd pronepos erat magni equi Regis Hispania: non quero de patre, dixit vulpes, sed de matre, & noluit indicare. Ita faciunt multi.* Verè non fuit opus, quòd mulus indicasset matrem, nam pudebat ipsum ex ignobili matre fuisse natum, & quia videtur Consequentia, quòd, qui negat matrem, facilius negabit Dominum, quòd autem mulus noluit dicere vulpi, Cogor ego dicere peccatori, tanquam infideli, & Deum neganti, & per peccatum se à Deo avertenti, nam ejus opera monstruosa, indicant fore tanquam à matre, à corrupta intentione genitum, è monstruosa vita natum, rebellemq; Deo in cunctis, egentem fræno fortunæ, ne efrænè agat, & chamum, ne præcipitetur per ardua vitiorum montana, usque ad inferni ima. Verùm, quare tributum est frænum, & non chamus? Quia chamus imponitur equo, aut mulo, quando durum habet os, quando autem blandum eget tantummodo fræno. Quid autem est chamus? Est utique quædam Catenula infra maxillas equi posita: & cur ibi ponitur? Ad deprimendam oris duritiem; & qui sunt illi vasalli? Hi, qui durum habent os contra equitantem Principem? Videlicet, qui non solùm mordent frænum, sed & sessorem, si possunt: qui spumant, & dura proferunt verba, & aliquando indecentia, & indigna prorumpunt in opera: & quia David nunquam præsumpsit, quòd ejus vasalli os habuissent tam durum contra imponentem tributum, non vocavit tributum chamum, sed tantummodo frænum, quia verò in rerum vicissitudine, & temporum varietate, solet inveniri utrumq; videlicet in vasallis, & blandum os, & durum, præsertim in peccatori-



toribus. Hæc omnia meus Colossus miratur, cum Princeps jure Divino, & humano fideli revereri Conatu, & famulatu inserviri oporteat, obsequioso, sicuti membra parere tenentur Capiti ipsomet jure naturæ, & sua obsequia, eidem, absque ulla renitentia promptè præstare.

*Colossus optimum scit agere Consiliarium.*

N. 167.

**I**nfidelis Parenti Absolon, cujus ingratitude detestabilis meruit munerari Lanceis, & suspendijs, convocavit ad consilium varios ex sua partialitate, & rebelli factione Primates, in illoque proposuit consilio armis superare Parentem, Regiùmque diadema armata manu à Regio, & paterno arripere capite, quomodo autem id ipsum ad optatum deducere possit finem, seriò conferebatur in occulto, & Chusai hæc protulit verba: 2. Reg: cap: 17. v. 11. *Congregetur autem universus Israel à Dan usq; Betsabee, quasi arena maris innumerabilis, & tu eris in medio eorum.* Oportet enim numerosum conscribere militem, & tentare extrema, ut desideratus eveniat finis, sicuti solet antiquum dicere adagium, videlicet, aut Cæsar, aut nihil, & de extremo ad extremum Regni congregare populum, Tu verò Absalon in medio eris tui exercitûs, ut manens in centro castrorum rebellionis lineas ducas ad votum, sicque hostiles supplantabimus vires, & ad nihilum redigemus, & Davidem, & ejus cohortes. Videtur, quod iste modus consulendi, & votandi erat mediû efficax ad persuadendum, nam Princeps sua animat præsentia legiones, verumtamen, cum cor reipublicæ sit ejus supremus gubernator, ac Princeps, de cujus vitali motu pendet non solum capitis, sed & membrorum vitalis subsistentia, semper debet reservari, à contingentijs, casibusque fortuitis, ergo consilium Chusai ex isto claudicat capite, & ex isto capitur pede. Quid autem consulit hoc in eventu Achitophel? videlicet totum quippe contrarium, & magis pro Absalon securum, & licet utriusque consilium fuerit pessimum, videtur Achitophelis minùs malum. Quid ergo dixit? Ut ipse, præficeretur exercitui, tanquam generalissimus, nam putavit consultius ut ipsemet periclitaretur de vita, quàm Absalon posuisset in periculo propriam: quis ergo melius dedit consilium? Quis non cogitasset, quod Achitophel, tamen Absalon non acquievit, atque Achitophelis dictamini, potius Chusai opinionem tenuit, & in medio exercitus assistere personaliter elegit. Modò Tirinus: *Petierat inter alia Achitophel, ut ipse præficeretur exercitus Imperator, sed verò improbat quoque Chusai, & vult ipse*

*Quales boni  
sunt Principes  
Consilarij?*

*sumes*

sumet Regem Absalonem bellis interesse, illiusque auspitijs omnia administrari, utpote, quem milites plures essent facturi, & qui incommodis omnibus facilius occurrere possit. Ecce duo Consiliarij unus pejor altero. Quare? Quia sicuti uterque rebellis in Regem, uterque fuit infidior sibi: Chusai enim agebat contra Achitophalem, & Achitophel contra Chusai, nam neque Achitophel fidebat Chusai, neque Chusai Achitopheli, eò vel maxime, quia Achitophel aspiciebat privatam convenientiam, & Chusai dedit consilium ex invidia. Verum si Absalon erat discretus, cur permisit sibi persuaderi fore melius ponere se in periculo vitæ, quam Achitophel committere negotium tam arduum, exponendo vitam in Absalonis gratiam? Dicam: quia Absalon erat plenus sanie in corde, & insanit in mente, amansque sumopere vanæ gloriæ, idcirco, cum persuasisset Absalonem in re utrumque consiliante, obtinuit Chusai, quod optabat, quia in consulendo se accomodavit Absalonis gustui, quod magni arbitrabatur ponderis, ad inclinandum animum vanissimi Absalonis, ejusque perfidi in Patrem ingenij. Verba sunt ejusdem Authoris: *Accomodat vero Chusai totam orationem suam ad vanissimum insani Absalonis ingenium, ut rationibus suis fidem, & pondus conciliet.* Usus quippe fuit strategemate Chusai planè politico, se accomodans Absalonis genio, ut in ejus persuasione, ipsius consilio acquiesceret, ideoque Absalon ejus dictamini annuit, quia id, quod desiderabat iste Princeps, persuasit, nam sciebat nullum fore remedium efficacius ad Principem persuadendum, quam ad ejusdem genium, & placitum, flexere animum: Ex quo deducitur, quod ille, qui se magis accomodaverint in consilijs, Principum genijs, apud Principes habentur pro oraculis, meus autem Coloffus aliter sentit, & semper dicit in corde, quod Deus dicit: quid ergo dicit Deus? *Et consilium meum non est cum impijs, dicit Dominus.* Quid autem est impij in consiliario, vel consilio esse? Videlicet: Quod consulitur secundum voluntatis rationem, non autem secundum rationem æquitatis: Quod consulitur secundum causæ meritum, non secundum Principis genium, & denique secundum Deum, non ad vanitatis visum, seu ad reipublicæ, aut fidelitatis interitum.

*Qui se accomodant Principum Genijs quandoque consulunt, quod non desit.*

Idcirco dixit David Psal. 1. *Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum.* Ergo ille vir meretur dici beatus, qui non abiit, videlicet, qui non sequitur impiorum vestigia in consulendo: non dicit, qui manet, neque

neque qui stat: neque qui sedet, aut qui jacet, sed qui non abiit, nam abire est recedere ab ubicatione æquitatis, & à pietatis loco, & locò veritatis, & per recessum illius, & virtutis, recedere à vero bono, utili, & honesto, alibique migrare, videlicet ad aliquod *ubi*, ubi iustitia exultat, periclitatur honestas, & omnis animæ evanet utilitas, atque usque ad desperationē agit, ut rea, crudelisque, & sæva contra seipsam, in cunctisque, ut desperata. Hoc enim experimentū habemus in proditore Juda, de quo dicit Evangelista, *Act. c. i. n. 25* quod *Abiit in locū suum*. Non enim dicit, quod migravit, neque quod fuit profectus, sed quod *abiit*, nam migrare, & proficisci, potest evenire, vel alieno, vel proprio consilio, sed absque reatu, abire autem, ab alio, & ab ejus doctrina, necnon à semetipso, & proprio consilio, atque stimulante conscientie remorsu, in patibulumque proprijs se suffocando manibus, est actus desperationis absque spe in proprium remigrandi locum, quapropter non dicit solum, quod abiit, sed addidit: *In locum suum*. Cur enim dicit: *In locum suum*? Nam ubi proditio regnat, non habet locum veritas, neque virtus, aut probitas, imò, ille locus, cum sit cujusdam quintæ essentia iniquitatis, Theatrum est tam propriè Judæ, quòd solummodo illius, seu illorum, qui, ut Judas agunt, & non aliorum, est proprius, agens in se ipsum ut proditor, tradensque communi se inimico, & infami proprium sanguinem patibulo, atque æternis, ut Desperatus, cruciatibus.



## COLOSSI INDEX

### *Ad Secundam Partem.*

#### Colossus.

*Strenuus est veri Messia defensor.* fol. 1. n. 1.  
*Quod sibi est charum vellet, & alijs è Superioris donum.* fol. 4. n. 2.  
*Nullum curat officium usagis, quàm divinum.* fol. 7. n. 4.  
*Fidelis Messia orator, & Dei est Minister.* fol. 8. n. 5.

*Non se intromittit, ubi non vocatur.* fol. 10. num. 6.  
*Optimum scit agere Principem.* fol. 11. n. 7.  
*Scit celare, celanda.* fol. 12. n. 8.  
*Non omnibus propria revelat arcana.* fol. 14. n. 9.  
*Sancto Thoma Apostolo valdè est devotus.* fol. 15. n. 10.  
*Habes*

INDEX.

- Habet Optimam electionem.* fol. 17. n. 11. *SS. Marthe, & Magdalena devotum*  
*Super omnia estimat Dei gratiam.* ib. n. 12. *agit cultorem,* fol. 62. n. 27.  
*Amat, & munerat valde litteratos.* fol. 20. *Per has Sanctas Sorores excellentiam.* B.  
*num. 13.* *Virg: Mar: copiat.* fol. 64. n. 28.  
*Principem Apostolorum valde veneratur.* *Assumptionem B. Vir. Marie. concelebrat.*  
*fol. 22. n. 14.* *fol. 65. n. 29.*  
*Scit se ostendere gratum.* fol. 29. n. 15. *Semper est in armis contra hostes.*  
*Est promptus, cum ad spiritualia invitatur.* fol. 30. n. 16. *fol. 66. n. 30.*  
*Verus est civis Jerusalem celestis.* fol. 31. n. 17. *Instruit, qualiter debeat fieri penitentia.*  
*Est magnificus cunctis.* fol. 33. n. 18. *fol. 67. n. 31.*  
*Favet omnibus prefertim conterraneis.* fol. 35. n. 19. *Estat fidelis testamenti executor.*  
*fol. 68. n. 32.*  
*Magnus est Princeps, sed millenis expo-*  
*situs periculis.* fol. 37. n. 20. *Est Judex cautus, non vero captus.* fol. 70. n. 33.  
*Severus extat Dei causa vindex.* fol. 40. *Melius fore prevenire, quam praveniri*  
*num. 21.* *ejus est opinio.* fol. 71. n. 34.  
*timore Dei est valde versatus.* fol. 42. n. 18. *Purissima V. Maria Conceptionem vene-*  
*rat.* fol. 72. n. 35.  
*Sedulus extat humana miseria mediator.* fol. 44. n. 19. *Virtutibus cibatur Christum Dom: ibid: n. 36.*  
*Studiosus Predestinationis est, & valde.* fol. 47. n. 20. *Non amat partialitates.* fol. 73. n. 37.  
*Scit, pugnare pro Deo, & se, quando oportet.* fol. 48. n. 21. *Omnia pro Christo perpessa estimat levia.*  
*Non est preceps in operibus, neque in verbis.* fol. 51. n. 22. *ibid. n. 38.*  
*Experius videtur statista.* fol. 53. n. 23. *In cunctis se conformat cum divina volun-*  
*S. Apostolum Dei Andream denuo vene-* *tate.* *ibid. n. 39.*  
*neratur.* fol. 54. n. 24. *Libenter se submittit Divine voluntati.*  
*Divinam Verbi Divini incarnationem* *fol. 74. n. 40.*  
*recolit.* fol. 56. n. 25. *Verus est obediens.* *ibid. n. 41.*  
*Amat virtutem penitentia.* fol. 56. n. 25. *Hominum inconstantiã redarguit.* *ib. n. 42.*  
*Cum S. Augustino SS. B. M. extollit.* *Semper fuit bonus, & alijs, & sibi.* *fol. 75. n. 43.*  
*fol. 60. n. 37.* *Amat in cunctis aequitatem.* *ibid. n. 44.*  
*Ut ad majora ascendet, minoribus prius*  
*se occupat.* *ibid. n. 45.*  
*Instruit, ut ordinate petamus, quod a Deo*  
*cupimus.* *ibid. n. 46.*  
*Detur*

## COLOSSI ORGANIZATI.

- Detestatur inconstantes.* fol. 76. n. 47. *Malè habet fraudulentos.* fol. 87. n. 70.  
*Semper ad altiora aspirat.* ibid. n. 48. *Valdè benè noscit se, & alios.* ibid. n. 71.  
*Non amat illos, qui sciunt cadere, non verò*  
*sciunt refugere.* fol. 77. n. 49. *Non facillè imitatur Mercurium, & quare?*  
*fol. 88. n. 72.*  
*Non abutitur prosperitate,* ibid. n. 50. *Amat anima, & corporis munditiam,*  
*fol. 89. n. 73.*  
*Ex illis est, qui se vincunt, ut possit scan-*  
*dere calum.* ibid. n. 51. *In bene agendo diligit constantiam.*  
*ibid. n. 74.*  
*Valde Juvenis Sanctam est ingressus reli-*  
*gionem* fol. 78. n. 52. *Libenter condescendit ad omnia, quae sunt*  
*Dei.* ibid. n. 75.  
*Inter pauperes, & pauperes scit discernere*  
*valde bene.* ibid. n. 53. *Est valdè misericors.* fol. 90. n. 76.  
*Nemini aliquid debet, nisi soli Deo.* fol. 80. n. 54. *Pauperatem affectat spiritus.* ibid. n. 77.  
*Libentius audit, quàm loquitur.* ib. n. 55. *Munus Sanctè, & purè exercet Sacerdo-*  
*rale.* ibid. n. 78.  
*Est valdè Abstemijs.* ibid. n. 56. *Alter est Salomon in iudicando.* fol. 91. n. 79.  
*Est consumatus in persecutione.* fol. 81. n. 57. *Ad minimum verbum causæ attendit, dum*  
*Verbi Divini amans, quia docet, & nutrit.* fol. 82. n. 58. *judicat.* ibid. n. 80.  
*Sedulus est Concionator.* fol. 82. n. 59. *Optimè scit invenire virtutis medium.*  
*Odit puerlia, praesertim in Cathedra.* fol. 83. n. 60. *fol. 92. n. 81.*  
*Detestatur Superbiam.* ibid. n. 61. *Est abstemijs.* ibid. n. 82.  
*Conformat se in cunctis cum suo statu.* fol. 84. n. 62. *Scit trahere, & trahi cum oportet.* ib. n. 83.  
*Vivit Mortificatus, ideoque in prosperitate*  
*securior.* fol. 84. n. 63. *Amat liberalitatem.* fol. 93. n. 84.  
*Agit Prælatum mitem,* ibid. n. 64. *Nullum scit despiciere.* ibid. n. 85.  
*Dolosos pati non potest.* ibid. n. 65. *Dono lachrymarum est dotata.* ibid. n. 86.  
*Jugum Christi pro semper suave habuit.* fol. 75. n. 66. *Omnes aequè amat.* fol. 84. n. 87.  
*Fugit à peccato, non verò ab ejus memoria,*  
*ut magis horrea. malum.* fol. 76. num. 67. *Optimè peregrinatur à Domino:* ibid. n. 88.  
*Leges amanti optimè intelligit.* ibid. n. 68. *Perfectum scit agere Religiosum.* ibid. n. 89.  
*Quid sit bonum, non ignorat.* ibid. n. 69. *Etiàm, si sit filius Evæ, non apparet.* ibid. n. 90.  
*fol. 95. n. 92.* *Cor dicitur amat egenos.* ibid. n. 91.  
*fol. 95. n. 92.* *Habet os plenum Circumstantijs.*  
*Sacramentum pœnitentiæ extollit.* ibid. n. 93. *fol. 95. n. 92.*  
*Studet diligenter Dietæ.* ibid. n. 94. *fol. 95. n. 92.*  
*Scit celebrare festa fori, ut decet.* ibid. n. 95. *fol. 95. n. 92.*  
*Perfectè studet orationi.* fol. 96. n. 96. *fol. 95. n. 92.*

## INDEX COLOSSI

- Hostis est declaratus Luciferi.* *ibid.* n. 97. *Observat temporis circumstantias.*  
*Apum imitator extat verus.* *ibid.* n. 98. *fol.* 116. n. 125.  
*Seipsum, & statum scit mutare in melius.* *In opportunitatibus succurrit miseris fer-*  
*ventius.* *fol.* 117. n. 126.  
*Omnes amat equaliter.* *fol.* 97. n. 100. *Libenter portat Christi crucem,* *fol.* 120.  
*Est valde humanus.* *ibid.* n. 101. *num.* 127.  
*Amat pietatem.* *fol.* 98. n. 102. *Nihil agit violentum.* *fol.* 121. n. 128.  
*Nescit abuti Principum gratia.* *ibid.* n. 103. *Semper movetur ad Dei nutum.* *fol.* 123.  
*Summè odit blasphemos.* *fol.* 99. n. 104. *num.* 129.  
*Instituere scit adolescentiam.* *ibid.* m. 105. *Super cuncta amat Charitatem,* *fol.* 124.  
*Quod sentit in corde, dicit & ore.* *fol.* 100. *num.* 130.  
*num.* 106. *Pro Christo Domino patientes valde consi-*  
*Justi, & rectè agit Advocatum.* *ibid.* n. 107. *latur.* *fol.* 125. n. 131.  
*Serio objurgat ambitiosos.* *fol.* 101. n. 108. *Amare, ac redamare Deum scit optime.*  
*Scit portare Jugum Christi, & ejus crucem* *n.* 132.  
*simul.* *ibid.* n. 109. *Nugas, ac nugatores odio habet.* *fol.* 126.  
*Agit veluti calum animatum.* *fol.* 103. n. 170. *num.* 133.  
*In juventute, ac senectâ, æquè virtutem amat.* *Amat multum munditiem.* *ibid.* n. 134.  
*fol.* 105. n. 112. *Optime intelligit, quod legit.* *fol.* 127. n. 135.  
*Est Princeps, sed non inermis.* *fol.* 106. n. 113. *Detestatur avaros.* *ibid.* n. 136.  
*Amat vigilantiam.* *fol.* 107. n. 114. *Perस्पicaci pollet ingenio.* *fol.* 128. n. 137.  
*Scit cellare proximi defectus.* *ibid.* 115. *Sacra B. V. Mariæ collaudat ubera.* *ib.* n. 138.  
*Æquè amat proximos, ac semetipsum.* *& fol.* 129. n. 139.  
*fol.* 108. n. 116, & 117. *Incautos merito objurgat.* *ibid.* n. 140.  
*Floret ut Palma,* *ibid.* n. 118. *Expergefacto prospicit cuncta oculo.*  
*Plenitudinem Marianæ Devotionis depre-* *fol.* 132. n. 141.  
*dicat.* *fol.* 109. n. 119. *Fecunditatem Virginis Deiparæ devorè*  
*Multa est passus, ut sciat se, & alijs regere.* *concelebrat.* *fol.* 134. n. 142.  
*fol.* 110. n. 120. *Amat perseverantiam in bono.* *fol.* 136. n. 143.  
*S. Præcursoris Baptistæ concepit Laudes.* *Purissimam B. V. Mariæ collaudat con-*  
*fol.* 111. n. 121. *ceptionem.* *fol.* 137. n. 144.  
*Non recusat laborem in Dei obsequium.* *Beatissimam V. Mariam recollit, quia Dei*  
*fol.* 114. n. 122. *tabernaculum.* *fol.* 138. n. 145.  
*Excollit in prudentia.* *fol.* 115. n. 123. *B. V. Mariæ Conceptionem denudè vene-*  
*Nunquam fuit ingratus,* *ibid.* n. 124. *ratur.* *fol.* 139. n. 146.  
Totam

## ORGANIZATI.

- Totam suam spem reponit in visceribus misericordiae Dei, atque in ejus Sanctissima Matris.* fol. 140. n. 147.
- Inclita Triurbi Pragensi auguratur felix novi anni Auspicium.* fol. 141. n. 148.
- Christi Domini generationem demiratur, ac veneratur.* fol. 148. n. 151.
- Christi Domini Passionem reverenter recollit.* fol. 149. n. 152.
- In virtute perseverantia excellit.* fol. 150. num. 153.
- Dei amorem mirè collaudat.* fol. 151. n. 154.
- Nescit viriutis larvâ palliare vitia.* fol. 153. num. 156.
- Non potest pati ingratos.* fol. 157. n. 158.
- Non sibi merita facit alienis sumptibus.* fol. 159. n. 159.
- Summopere amat equitatem.* fol. 161. num. 160.
- Scit producere è spinis rosas.* fol. 163. n. 161.
- Semper studuit honorare benemeritos.* fol. 166. n. 162.
- In cunctis perfectum amat regimen.* fol. 169. n. 163.
- Revereri suos, toto studet nixu, majores.* fol. 173. n. 164.
- Nil magis cordi habet, quam bonum publicum.* fol. 176. n. 165.
- Fortuna miratur vicissitudines.* fol. 178. n. 166.
- Optimum scit agere Consiliarium.* fol. 181. n. 167.



## FINIS.



ORGANIZATI

The first part of the book is divided into three parts. The first part is the most important, and the second part is the most interesting. The third part is the most useful. The first part is the most important, and the second part is the most interesting. The third part is the most useful.

The first part of the book is divided into three parts. The first part is the most important, and the second part is the most interesting. The third part is the most useful. The first part is the most important, and the second part is the most interesting. The third part is the most useful.

The first part of the book is divided into three parts. The first part is the most important, and the second part is the most interesting. The third part is the most useful. The first part is the most important, and the second part is the most interesting. The third part is the most useful.

The first part of the book is divided into three parts. The first part is the most important, and the second part is the most interesting. The third part is the most useful. The first part is the most important, and the second part is the most interesting. The third part is the most useful.

FINIS



